UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Syntagma Ivris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

Liber XXVIII. De Contractibus anomalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-97739

Visual Library

cio non ſentiat, *in l. ſi quis ex ſignatoribus, quemadmodũ teſtamentum aperia. P.* Poteſt & ante exſecutionem mandati, eo tamen ſuſcepto, mandatarius agere cum eo, qui mandauit facere quippiam, vt ſibi pecuniam det ad faciẽdum, maxime ſi iam quædam ad faciendum parauit, *l. ſi vero, 12 §. ſin. & l. idem eſt 13. manda. P.*

32 ¶ Petit † & conſtituit ſalarium, vel conſtitutum exſoluit procurator, adhibito officio iudicis interdum, non ex mandato, *l. ſalarium 7. & l. qui mutuam 56. §. ſin. manda. P. l. 1. C. eod. tit.* Et petitur promiſſum, dummodo non ſit conſtitutum pacto aduerſante bonis moribus, vt ſit de litis quota vel parte lucranda per procuratorem, quod improbum, *l. ſalarium 7. de procurat. C. l. ſi contrah. 20. mand. C. l. litem de procu.*

33 ¶ Vtilis † actio directa domino datur ex negotio geſto per procuratorem, aduerſus eum qui cum procuratore contraxit, *l. in cauſſæ cognitione 37. & l. ſi procurator meus 38 de procurator. P. l. quod procurat. eod. tit.* Quia & is in dominum, qui pro procuratore fideiuſſit, agit, *l. idemque, §. item Papinianus, mand. P.* Vtili, contraria etiam experitur heres mãdatarii, qui directa agere non poteſt in mandatorem, *l. ſi quis alicui, 27. §. morte, manda. P. ita intellige, l. ſi præcedente 58. eod. P.* ſicut nec directa mandator in heredem mandatarii, *l. mandatum 57 eo tit. P* Eſt enim hęc actio perſonalis, & in ea de fide certi tantum hominis agitur: & poſt mortem tamen durat obligatio. Ita M. Druſus prætor Vrbanus iudicium reddidit. Et quanquam ſubtilitas iuris hoc non admittat, propter quam Sextus Iulius prętor ei, qui cum herede agere vellet mandati iudicium non reddidit, tamen id cauſſa vtilitatis admittere debet, vt refert auctor Rhetoricæ ad Herennium, lib. 2.

34 ¶ Fines † propter quos mandatum fiat, ſunt ſex. Nam interdum mandatum fit a nobis: vel noſtra tantum cauſſa, vel aliena tantum: vel noſtra & aliena ſimul: vel noſtra & mandatarii: vel mandatarii & alterius cuiuſdam: vel ſola mandatarii, quod vltimum non parit obligationem, ſed proprie inſtar conſilii eſt, *l. 2. mandat P. §. 1. eod. tit. apud Iuſtinian.* cuius nulla eſt obligatio, ſi fraudulentum non ſit, *l. concilii 47. de reg. iur. ca. nullus, eod. tit. in Sex.* cum liceat cuique apud ſe explorare, num conciliũ illi conueniat. Verumtamen ſi quis aliquid non fuiſſet aliter facturus, niſi mandatum illi fuiſſet, nec illi denegandam actionem mandati contrariam, placuit, *leg. ſi remunerandi 6. §. ſi tibi, mand. P.*

35 ¶ Ratio † iſtius contractus eadem quæ procuratorum eſt, quorum vſus per quam neceſſarius eſt, vt qui rebus ſuis ipſi ſupereſſe vel nolunt, vel non poſſunt, ſaltem per alios poſſint vel agere, vel conueniri. *Vlpianus, in leg. 1. §. verſus, de procur. P.* Ita, vt ait Cicero *pro Sex Roſc.* in mandatis operæ noſtræ vicaria fides amicorum ſupponitur. Nam & officium amici eſt mandatum ſuſcipere gratis, *l. 1. manda. P.* Quare & voluntatis dicitur eſſe ſuſcipere mandatum, neceſſitatis conſummare: ſuſcepiſſet enim forſan alius, ſi is non ſuſcepiſſet, *l. in commodato, §. ſicut commod. P. 17.*

# DE CONTRACTIBVS ANOMALIS LIBER *XXVIII.*

## De Contractibus innominatis, & de ſpecie illorum, do vt des. Cap. 1.

1 *Contractus innominatus quare dictus ſit.*
2 *Contractuum innominatorum quatuor ſpecies.*
3 *Permutatio an ſit contractus innominatus.*
4 *Permutatio tripliciter fit.*
3. 4. *Præſcriptis verbis actio.*

1 HActenus † de nominatis contractib. egimus, nunc vt de innominatis pauca agamus, operæprecium eſt. Porro innominati dicti, non quidem quod nomine aliquo omnino careant, ſed quod vnius nominis negotium tantum non habeant, & ad multa negotia vnica appellatione pertineant, & ad plura extendantur, nulla data vel prodita vulgari, vel ſingulari a iure pro negotio, actione. Quo ſit, vt ceſſantibus iudiciis proditis, & vulgaribus actionibus, cum proprium nomen inuenire nõ poſſumus, facile deſcendamus ad eas, quas in factum appellamus, *l. 1. de præſcript. verbis, lib. 19. P. tit. 5.* & præſcriptis verbis, *leg. 2. & l. ſi tibi area, 14. §. ſi. eod. tit.* ¶ Generale † nomen tractationis horum con-
2 tractuum, ob rem dati dicitur, quod diuiditur in quatuor ſpecies: aut enim do tibi, vt des: aut facio, vt des: aut do, vt facias: aut facio, vt facias, *l. naturalis 5. §. eo. P.* Simplices hic duæ ſpecies, do vt des: facio vt facias: ex quibus aliæ miſtione naſcuntur. Pertinere autem iſtæ formulæ contrahendi poſſunt ad alias nominatas conuentiones: verumtamen tunc illæ proprium nomen accipiunt, omiſſo communi, *l. iuriſgent. de pact. in P.* quare generale non conſideratur, nec genus, ſed ſpecies Hoc planum fiat exemplis: ſi do pecuniam vt rem accipiam, eſt contractus, do vt des, *leg. fin. de condict. ob. cau. da. P.* tamen tranſit in nomen emtionis, *leg. naturalis 5. §. etſi quidem de præſcript. verb.* videlicet ſi in quantitate, & ratione æſtimationis & pretii rei detur ea pecunia, non aliter, *leg. 1. de contra. emt. P.* Rurſum qui rem dat, vt rem accipiat, permutare videtur, & re ipſa contrahere, *leg. 1. de rerum permuta.*

3 ¶ Et † ita permutationem quidam connumerant inter contractus innominatos. *leg. gloſſ. in epigram. tit. de rerum permut. C.* eoque officia hominum, & actiones, & res mutuo commutantur. Et iterum Paulus permutationem reſtringit ad ſpeciem contractus, do vt des ſpecialius: ibi, *& ſiquidem pecuniam dem vt rem accipiam, quia nõ placet permutationem rerũ emtionem eſſe, &c. non dubium eſt naſci ciuilem obligationem, dict. leg. naturalis, §. etſi quidem.* Quamobrem rubricæ de rerum permutatione, in Codice Iuſtinianeo, ſtatim annectitur, & de præſcriptis verbis, *libr. 4. C. Iuſtinian. tit. 6.* quod ea actio detur pro permutatione. Et in Pandectis eadem ratione ſubiicitur titulus de præſcriptis verbis, titulo de rerum permutatione. Veluti actione generali exſiſtente præſcriptis verbis, quæ & datur pro permutatione aliquando, *l. rebus certa lege traditis 16. de rerum permutat.*

4 ¶ Tripliciter † namque fieri poteſt permutatio. Primum nuda & ſola promiſſione, quo caſu non oritur actio, *leg. ex placito, 3. C. de rerum permuta. l. 1 §. permuta. autem, eod. tit. in P.* Secundo interueniente ſtipulatione, ex qua datur actio ex ſtipulatu, *dict. l. ex placito.* Tertio intercedente ex vtraque parte rerum traditione *dict. leg. 1. §. permutat. autem.* in qua ſi ex altera parte res aliena tradita permutationis nomine ſit, agitur condictione tantum ab eo, qui rem ſuam tradidit vt repetat, quaſi re non ſecuta, non ad id quod intereſt, *dict. leg prima. §. fin. de rerum permut. P. l. quoniam aſſeueras 5. l. emtio. 7. C.* præſcriptis tamen verbis actione id quod intereſt petetur, *l. naturalis §. etſi quidem, de præſcript. verb. P. l. cum precib. 4. §. fin. & l. fin. C. de rerum permuta.* vt in reliquis contractibus innominatis, do vt des obſeruandum eſt.

## De Tranſactione. Cap. 2.

Lib. 2. P. tit. 15. Lib. 3. C. tit. 4. Lib. 1. Decret. tit. 36.

1 *Tranſactio quid.*
2 *Num Contractus innominatus.*
3 *Quod ſeruari debeat vt res iudicata.*
4 *Tranſactio generalis, & ſpecialis.*
5 *Tranſactio generalis, vniuerſalis, indefinita, ad quæ extendatur.*
6 *Tranſactio ſpecialis quæ, & quomodo tranſactio concipienda ſit.*
7 *Tranſactio de quibus fieri poßit rebus.*
*Lis dubia ſemper. eod.*
8 *Tranſactio de iudicato non fit.*
9 *Tranſactio de crimine quomodo valeat.*
10 *Adulterii de crimine tranſigi nequit, quare.*
10. 11. *Tranſactio de raptu, vt nec de tranſactione, valet.*
12 *Tranſigere non licet de criminibus quæ non habent pœnam ſanguinis, excepto crimine falſi.*
13 *Tranſigere de vllo crimine non licet, iure pontificio, & contra 14.*
15 *Tranſactio de criminibus quæ infamiam habent infamat.*

*Deinin-*

*De iniuriis tranſactio quando infamet.eod.*
16 *Tranſigere non licet de beneficio, & re ſpirituali, ſed componere licet.*
17 *De Matrimonio & contra illud nec tranſigere, nec componere licet.*
18 *Non de iure ſubiectionis, vel præſentationis.*
*Et de quibus licet, in ſeq.num.*
*Compoſitio, & tranſactio differunt.eod.*
19 *De Fideicommiſſo tranſigere quomodo liceat.*
20 *Alimenta quæ tranſactionem recipiunt.*
21 *Acquiſita per nos magis diligimus & conſeruamus, quam relicta.*
22 *Tranſigere quæ perſonæ poßint.*
23 *Adminiſtrator Reipublicæ de quibus tranſigere poteſt.*
24 *Procuratores qui & quando tranſigere de re domini poßint.*
25 *Mandati fines excedit efficaciter, qui excedit præſentibus iis, qui reclamare poſſunt.*
26 *Tranſactio inter virum & vxorem prohibita.*
27 *Conſenſus perficit legem tranſactionis.*
28 *Tranſactio quo dolo, & quando vitietur.*
*Remedium leg. 2. de reſcindenda venditio. non habet locum in tranſactione.eod.*
29 *Calculi error quo tempore præſcribatur.*
30 *Tranſactio quibus modis concipi poteſt.*
31 *Tranſactio ſine datione, aut retentione non fit.*
32 *Tranſactio quibus extra contrahentes obeſt, vel prodeſt.*

1 HÆc † formula do vt des, videtur quoque tranſactionibus
ineſſe: non enim illa fit niſi aliquo dato & retento, *l. tranſa-*
*ctio nullo dato.C. de tranſact.* Tranſactio eſt conuentio, *l. cum mo-*
*ta, C.de tranſ.l. 1. §.conuentionis, de pact. in P.* de re dubia, & lite
incerta, *l. 1. de tranſact.P.* nõ gratuito facta, *in d. l. tranſ. C.de tranſ.*
*l.3.C.de repudia.hered.lib.6.titul. 31.*
2 ¶ Alexander † *in l. cum proponas, C. de pact. l. 4. C. de tranſactio.*
Immolenſis arbitratur, tranſactionem contractũ innominatum
eſſe. Quia ei qui ex ea cauſſa poſſidet, datur tantũ exceptio pacti
conuenti, neque non poſſidenti datur actio ad implendam tra-
ditionem, *d. l. cum proponas 2. C.de pact. l.ſane apud acta. C. de tranſ-*
*act.* Quamobrem iuuari dicitur, vel vt dicunt noſtri, veſtitur hęc
nuda pactio, vel rei traditione, vel Aquialina ſtipulatione, *l. age*
*cum Geminiano 3. & l. vbi pactum tranſact. 2. eo. P.* Et pacto con-
uento tranſactionis Aquiliana ſtipulatio ſubiici ſolet, & adhuc
conſultius pœnalis ſtipulatio, vt reſciſſo pacto, pœna ex ſtipula-
tione peti poſſit, *Paul.l.pacto conuento 15.de tranſactio. P. & Her-*
*mogẽ.l. qui fidem 16.eo.tit.* Aquiliana ſtipulatio omnes præceden-
tes ſtipulationes nouat, & perimit, ipſa autem per acceptilatio-
nem perimitur, *l. Aquiliana, l.4.de tranſact. P.§.eſt autem prodita,*
*& §.item per accceptilationem, quib.mod. toll oblig.P.* Neque nomi-
natum contractum eſſe perſuaderi poteſt, eo quod nullã ſui no-
minis tranſactio producat actionem, *l. iuriſgentium de pac.in P.l.*
*ſiue apud acta 28.de tranſact.P.* ſed vel ratione adiectæ ſtipulatio-
nis, actionem ex ſtipulatu: vel quemadmodũ anonymi alii con-
tractus, actionem generalem, præſcriptis verbis, *l. ſi profundo 33.*
*C.de tranſact.l. cum mota, C. eo.* vel ex certa ſtipulatione certi cõ-
dictionem, *l.ſi pact. quo pœnam, C.de pact. §.1.de verb. obl.* ¶ Quam-
3 uis † exemplo cõtractuum nominatorum, *d.l. ſicut, C. de act.* non
liceat pœnitere, *l.quamuis 39. de tranſact. C.* non minore vi tranſ-
actionibus, quam rei iudicatæ conceſſa, *l.non minorem, & l. 2. C.*
*de tranſact. totus & in hoc docendo, Demoſthenes in paragraphe ſeu*
*exceptione* ὑπὲρ φορμίωνος. & placitis tranſactionem ſtare neceſſa-
rium ſit, ſiue ſcriptura fiant: & ſiue in acta publica redigantur, ſi-
ue priuatim tantum fiant: *l. ſi maiores 25. & l. ſiue apud acta 28. leg.*
*cum te tranſegiſſe, de tranſact.* neque etiam reſcripto principis tol-
lantur, *l. cauſſas vel lites 16.eo.tit.* Acutius tamen indagantibus vi-
ſum eſt proprie diſtractum potius, quam cõtractum tranſactio-
nem dici, *Bald.in rub.de tranſact.num. 10.& 11.* vt Baldo, qui & ſi-
mul cõtractum, habita ratione obligationis dici admittit, & no-
minatum, ſi acceptilatio interueniat, *per l. vbi pactum, C. de tranſ-*
*act.* In his tamen valde non immorabor, cum hodie ex æquitate
pacta nuda in curiis ſupremis vim habent, ſublatis ſcrupuloſis il-
lis antiquorum ſolemnibus, cum circa nomina actionum, tum
4 etiam circa nuditatis cauſſam. ¶ Diuiditur † porro tranſactio, ſi-
cut petitio cui accedit, dum eam ſummouet, vt alia ſit generalis,
alia ſpecialis. Generalis eſt, quæ ſopit controuerſiam iuris alicu-
ius vniuerſi, vt ſi de teſtamentaria fiat ſucceſſione, quę in omnes
partes vniuerſi diffunditur, *l. non eſt ferendus 12. de tranſact. P.* &
ad omnia, quæ mala fide tamen ſuppreſſa non ſunt, non expreſ-
ſa extenditur, *ca. 1. de tranſact. apud Gregor. c. inter monaſterium,*
*& c.ſeq. de re iudi. l. ſub prætextu, in vtraque, C. de tranſact. l. pluri-*
*bus, de accep. P.* niſi quædam, veluti inſtrumẽta, aut alia dolo ſup-
primantur alterutrius tranſigentium, *in leg. tres fratres, de pact. P.*
Non poteſt enim referri tranſactio ad incognita tranſigenti:
quippe quod ignorans non remittit, *l. nec ignorans, C. de do.* in o-
dium tamen ſupprimentis generalis tranſactio recte poterit cõ-
probari, ex mente Scæuolæ, *in l. de reb. de recept. arbitris.P.* ¶ An- 5
notatu † tamen dignum, petitione generali in lite propoſita, in
qua ſolum fuerit proſecutio certarum rerum, tranſactionem de
ea lite factam, tantum ad proſecuta capita, non ad generalẽ per-
tinet petitionem, *l. qui cum tutoribus, 19.§. 1.& fin.de tranſact.in P.*
quemadmodum & iudicis, ſi lata fuiſſet ſententia, *l. licet, C.de iu-*
*dic.* Atque eadem, quæ de generali, vel vniuerſali petitione di-
cta ſunt, in indefinita intelligenda ſunt tranſactione: poſtquam
receptum eſt, indefinitam æquipollere vniuerſali, *ca. vt circa. de*
*elect. in Sex. l. fi. §. fi. de tritico, vino oleoque leg. P. l. ſi is qui ducenta,* 6
*§. vtrum, de reb.dub.P.l. ſi pluribus, & l. ſi ita, de leg. 2.* ¶ † Specialis
tranſactio eſt, quę de re aliqua certa, & ſingulari lite nominatim
fit, & ideo ad alia quam expreſſa nunquam porrigitur, *l. age cum*
*Geminiano 3. & leg. penultim. C. de tranſact. leg. ſi ita quis, §. fin. de*
*verborum obligatione. P.* Quamobrem commode monet Pa-
normitanus contrahentes, ne inter tranſigendum parcant ver-
bis, & ita componant tranſactionem, quod partes venerint ad
tranſactionem, compoſitionem & cõuentionem: & quod con-
uenerint & tranſegerint ſuper omnibus actionibus, & ſuper o-
mnibus rebus cognitis, competẽtibus, & incognitis, tam in hac
re, quam in quacunque alia. ¶ Res, † quæ veniunt in tranſactio- 7
nem, ſunt lites indeciſæ, res dubiæ, *l. 1. de tranſact. P. l. cauſſas, leg.*
*præſes, C.eod.tit.* quæ pro dubiis habentur motæ, aut mouendæ,
*l. 2. C.de tranſ.* dubius litis euentus, *l. quod debetur, de pecul.* donec
res iudicata ſequatur, quæ abſolutione vel condemnatione, de-
cidit omne ambiguum, *l. 1. de re iudic. P.* & pro veritate habetur,
*l. ingenuum, de ſtat. hom. in P. l. res iudicata, de regul. iur. P.* Quare
ſi poſt ſententiam appellatum ab ea ſit, adhuc pẽdere lis dicitur,
& dubia, vt de ea recte tranſigi poſſit, *l. etſi poſt rem iudicatam, &*
*l. poſt rem iudicatam 11. eod. de tranſact. P. l. ſi cauſſa cognita 32. C.*
*eod.tit.* ¶ Poſt † ſententiam autem a qua prouocatum non eſt, 8
vel a qua prouocari nequit, reiicietur tranſactio, & ſi fiat eo no-
mine datum repeti poteſt, *l. eleganter 23. §. ſi poſt rem iudicatam,*
*de condict. indeb. P. l. cum poſteaquam, de pact. C. ca. expoſuit. de ar-*
*bitr.* Ita Iulius Paulus ſcribit, poſt rem iudicatam, pactum, niſi
donationis cauſſa interponatur, ſeruari nõ poſſe, *lib. 1. recepta ſen-*
*tentia, tit. 1 num. 3.* ſuperfluum enim eſt iam terminatum auctori-
tate publica, priuata componi tranſactione: vel ignorãtem ſen-
tentiam, ab aduerſario doloſe, vt lite pendente, tranſactione de-
cipi. ¶ Reus † criminis publici capitalis, de criminis lite licite 9
tranſigit, *l. tranſigere 18. C. de tranſ. l. fi. de præua. P.* & ipſe accuſa-
tor quoque cum eo, ſecundũ Barthol. & alios interpretes: dem-
to Accurſio, qui in contraria eſt ſententia, *Barth. & alii, & glo. in*
*d. l. tranſigere.* licet enim cuique quomodocunque ſanguinem
ſuum, id eſt, vitam, *l. fin. de iud. C. Geneſ. 4.* redimere, *in l. 1. de iis,*
*qui mort. ſibi conſciuer.* Et pendente iudicio, & reus & accuſator
in periculo pœnæ ſanguinis ſunt: reus vt damnetur, ſi peractus
reus fuerit: accuſator quoque, ſi non peregerit, tanquam calu-
mniator, ſimili pœna afficiendus, *l. fin. C. de accuſat.* Atque ſa-
tius eſt accuſatori, in præuaricatoris, & Turpilliani ſenatuſcon-
ſulti pœnam de præuaricatoribus incidere, quæ pecuniaria eſt,
*l. 3. & in l. ab accuſatione, ad ſenatuſconſul. Turpil. P. l. ſi fœmina, C.*
*eod tit.* quam reo non peracto, talione affici ob calumniam. Sic
tranſigentium quiſque eadem tutela defenditur, redemtionis
ſanguinis, ſine præiudicio tamen reipublicæ, & iudicii publici,
ad quæ non extenditur tranſactio, nec ea impedit quominus
triumuiri capitales, detecta vel colluſione, vel impoſtura, & ve-
ritate criminis ſufficienter probata, poſſint reos ad ſupplicium
vocare: quia intereſt reipublicæ puniri delicta, *leg. ita vulneratus.*
*ad leg. Aquil. P. l. ſi longius, §. 1. vbi quis ag. vel intro. deb. P. l. in*
*delictis, §. cum dominus, de nox. actio.* Fert autem & patitur reſpu-
blica incerta adhuc probatione delicti redemtionem hanc ab
accuſatione, ne in diſcrimen capitis & vitæ homines ſint, qui na-
ſcuntur, vt ſint & inſeruiant publicis vſibus potius, quam tollan-
tur e vita, *leg. ad beſtias, de pœniten. in P. leg. 1. §. & generaliter, de*
*ventre in poſſeſſio. mitten. libr. 37. P. tit. 8. l. 1. §. ſed etſi, de vent. inſpi-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cien. P. leg. poſtliminium, 19. §. filius, de cap. & poſtlimin. reuer. P.
retenta communi de omnibus præſumtione, vt boni potius,
quam mali ſemper præſumantur, l. merito, pro ſoc. P. c. fin. de præ-
ſumpt. donec liquido & probationibus luce meridiana clariori-
bus de crimine appareat, l. fin. C. de probat. Quo fit vt ad mortis
pœnam imponendam maturius deliberandum ſit, cum ea de-
mandata exſecutioni, non reuocetur, & non liceat bis peccare.
Et vt ait Iuuenalis, Satyr. 6. vide l. ſi vindicari, C. de pœn. Nulla vn-
quam de morte hominis cunctatio longa eſt.

10 ¶ Ab hac † tamen regula excipitur crimen adulterii, de quo
tranſigere prohibitum ſit, dict. leg. tranſigere, l. de crimine, ad leg.
Iuliam. de adult. C. l. miles, 11. eod. tit. P. Forſan quod probo, quia
non ſemper pœna ſanguinis pro adulterio impoſita fuerit, leg. ſi
quis viduam 5. de q. lib. 48. P. tit. 18. & vt noſtro ſeculo, quod ab-
ominandum, ludibrio pœna habeatur mortis, a Deo etiam im-
poſita, Deuter. 22. Daniel. cap. 13. D. Ioan. Euang. ca. 8. vt abunde
locis propriis docuimus, lib. 2. præludior. c. 17. & in criminibus, in-
fra tit. de adulteriis. Sed potuit quoque monere nomothetam, vt
prohiberet adulteriũ trãſactione ſopiri, delicti grauitas, & pon-
dus, quod grauius homicidio ducatur, l. codicillos 91. §. matre,
de legat. 2. iuncta annotatio. marginali. vt nos & alibi docuimus,
in prædictis proxime citatis locis. Incideret quoque in lenocinii cri-
men maritus, vel alius, qui pro comperto adulterio aliquid ca-
peret, & ita præmium ex eo, ex quo pœnam meretur, non ſecus
quam is qui detexit pactionem, vel tranſactionem de adulterio
factam, dignus publico præmio habitus eſt, l. ſi quis ſeruus, C. qui-
bus ex cauſ. ſerui pro libe. præmium accip. a legibus, quæ caſtitatem
Deo quoque acceptam, ſummopere amplectuntur, §. primo, de
lenoci. in auth.

11 ¶ Quod † & in raptu locum habere arbitror, qui per caput
vnum legis Iuliæ de adulteriis prohibetur, & ſub lege Iulia con-
tinetur, l. vnic. §. fin. de raptor. vir. C. atrociuſque eſt adulterio, &
ſæpe adulterium habet, l. qui cœtu, §. qui vacãtem, ad leg. Iul. de vi
pub. P. Hanc quæſtionem late vide apud Boerium. quæſt. 91. num.
12 1. 2. & 3. ¶ Porro † crimina quibus non imponitur pœna ſangui-
nis, in tranſactionem venire non poſſunt, d. l. tranſigere, de tranſ-
act. C. l. ſi quidem 9. §. fin. de contra. commi. ſtipul. C. libr. 8. tit. 37.
l. in fiſci 4. §. fin. & l. eius qui delatorem 29. de iure fiſci, l. fin. de præua-
ric. P. ceſſat enim prior ratio redemtionis ſanguinis, cui & alia
adiicitur, ne detur occaſio delinquendi facilitate redemtionis
delicti per pecuniam ſperata, contra l. conueniri, de pact. dota. &
pœnas ob maleficia ſolui magna ratio ſuadet, in leg. ſi a reo, §. fin.
13 de noxal. act. ¶ Quo † fit, vt vllo modo iure põtificio, nunquam
criminis tranſactio admittatur: quia nullum crimen iure ponti-
ficio pœnam mortis, ſeu ſanguinis habeat: & illud manifeſtum
ex eo axiomate, quod eccleſia non nouerit ſanguinem, ca. cleri-
cis, & ca. ſententiam ſanguinis, ne cleric. vel monach. ca. in archiepi-
ſcopatu, de raptor. apud Gregorium. quanquam iura pontificia re-
ferant pœnas mortis, ſed aliud eſt referre, aliud ſtatuere & con-
14 demnare. ¶ De crimine † falſi tamen licet iure ciuili tranſigere,
d. l. tranſigere, & ibi interpretes. quamuis aliter explicet Alciatus,
ad dictam l. tranſigere, contra cuius tamen ſententiam iudicari
ſcribit Imbertus in Enchiridio, dum agit de tranſactione. & meri-
15 to. ¶ Tranſigere † tamẽ de actione iniuriarum pecuniis datis in-
famiam inurit danti, l. non damnatos, ex quibus cauſ. infam. irro-
get. ſi ex criminibus famoſis iniuria pendeat, qualia, iniuriarum,
de dolo malo, rapina § ex quibuſdam. de pœna temere litig. l. athle-
tas. §. fin. de iis qui notant. infam. P. non etiam in actionibus famo-
ſis ex contractu ortis, l. in actionibus, eod. tit. de iis qui not. infam. P.
Quia crimen intelligitur fateri, qui de eo paciſcitur, l. 4. de iure
fiſci. P. in l. ſi quis maior. C. de tranſact. duo ſunt caſus excepti,
quorũ prior receptus eſt, alterũ nõ admittit vſus, vt notat Carol.
Molinæus in 2. par. tract. diuidui, & indiuidui. nu. 578. ¶ Reiicitur
16 tranſactio † de beneficio litigioſo: quia ineſt ſpecies ſimoniæ
huic conuentioni, cum tranſactio non fiat, niſi aliquo dato, vel
retento, & aliquid pro ſpiritualibus dare ſimoniacum ſit, ca. con-
ſtitutus 4. & ca. ſuper eodem, ca. 7. de tranſact. apud Gregorium can.
quam pio. 1. quæ. 2. ca. cum pridem. & ca. pactiones, de pact. Gratis
tamen, & amice litigantes inter ſe recte componere negotium
poſſunt, dict. cap. ſuper eod. c. ad quæſtiones, de rerum permut. vt re-
ceptum eſt in aliis contouerſiis rerum ſpiritualium, vt poſſit de
illis gratis tantum compoſitio fieri: vt in decimis, & aliis, in ca.
ſtatuimus, ca. 2. de cetero, 5. de tranſactio. ca. generalis, ca. ex an-
tiquis, 54. diſt. caſellas, 10. q. 2. ca. ad quæſtiones, de rerum permut.

17 ¶ Contra † matrimonium tamen tranſactio, vel compoſitio
non admittitur, ea. fin. de tranſactio. propter indiſſolubile eius
vinculum, ca. an quod, &c. quos Deus, 33. quæſt. 2. ca. inter corpo-
ralia, de tranſactio. epiſcop. ca. deinde opponitur, 26. diſtinct. ¶ De
ſpirituali † quoque ſubiectione non licet tranſigere, cap. præ- 18
terea, ca. 10. de tranſactio. nec de iure præſentationis, ca. præter-
ea, in 9. eod. tit. ¶ Tranſigitur † etiam inter fratres de fideicom- 19
miſſo relicto, ea conditione, ſi alter illorum ſine liberis decede-
ret, in ſuperſtitem deuoluendo, l. de fideicommiſſo, C. de tranſact.
leg. 1. C. de pact. ¶ At † de alimentis teſtamento relictis, aut alia 20
voluntate, quæ ſpeciem habet vltimæ voluntatis, temere tranſi-
gere non licet. Etenim libere quidem licet de præteritis debitis
tranſigere ex cauſſa, de futuris autem, non niſi conſulto præto-
re, & ab eo prius cauſſa cognita, licet, l. cum ii, de tranſactio. & ibi
Paul. Caſtrenſ. l. de alimentis, C. eod. tit. In aliis porro alimentis a-
liunde quam ex voluntate vltima debitis, libera eſt tranſactio, d.
l. cum ii, in legatis enim duplex fauor verſatur, alimentorum &
vltimæ voluntatis, quam ſortiri effectum reipublicæ expedit, in
l. vel negare, quemod. teſtam. aper. ¶ Quocirca † ne alimenta ita 21
debita remittantur modico accepto, lex cauet: tum etiam quod
hominum ſit natura, vt leuius & minori negotio cedant, quæ ſi-
ne labore relicta ſunt, vtpote ignari quanti facienda eſt acquiſi-
tio, quam ea quæ ſummo ſudore comparatunt, quæ ideo tena-
cius retinent, facit quod tradit Barth. in tract. alim. magiſque di-
ligunt, & non niſi iuſtis conditionibus præſumuntur cedere. Fi-
demque nobis horum faciunt, nepotum ſeu prodigorum quo-
tidiana exempla, qui hereditaria maximis laboribus conquiſita,
& conſeruata multis annis exiguo tempore abliguriunt, & mo-
dico ære diſtrahunt: tranſigitur & de ſtatu & conditione perſo-
næ. l. fin. & l. fratris 10. C. de tranſact.

¶ Perſonæ † huic conuentioni tranſactionis perficiẽdæ, ido-
neæ erunt, quibus paciſci licet, & quo nomine licet, vel ſuo, vel 22
alieno: ſi mentis compotes, l. ſanum 28. C. de tranſact. maiores, l. ſi
quis maior 41. eo. l. ſi maior, eod. tit. non nobis ſubditi, l. interpoſit.
§. fin. C. eod. ¶ Alieno, † ſi ſint aut tutores, l. 1. C. de tranſactio. aut 23
adminiſtratores reipublicæ, aut fiſci procuratores: ii enim du-
biam litem, eo nomine, non ambitioſa rei indubitatæ remiſſio-
ne, ſopire & tranſigere poſſunt, l. præſes prouinciæ 12. & ibi inter-
pr. C. eod. l. eum qui §. in popularibus & l. tutor, & leg. iuſiurandum,
quod ex conuentione, §. 1. de iureiu. in P. l. ambitioſa, de decret. ab or-
di. facien. P. ¶ Nulli autem † procuratori principis, inconſulto 24
principe tranſigere licet, l. nulli 13. de tranſact. P. niſi tranſigendo
rem retineat, quia meliorem conditionem eius facere poteſt,
gloſſ. in d. l. nulli, per l. 2. §. ſi rem, de offic. procurat. Cæſar. Procura-
tores quoque priuatorũ etiam cum mandato generali nequeũt
tranſigere, l. non abſtulit, C. de nouatio. & de procurat. P. l. mandato
generali 60. l. tranſactionis placitum 7. C. de tranſactio. l. qui Romæ
122. §. Calimachus, de verb. oblig. niſi aut expreſſe hoc mandatum,
vel in rem ſuam ſint cõſtituti, vel habuerint omnium bonorum
adminiſtrandorum mandatum, cum libera adminiſtratione, glo.
in d. l. tranſacti. per l. procurator cui generaliter 58. de procur. P. l. iuſ-
iurandum, quod ex cõuentione, §. fin. & l. ſeq. de iureiur. l. reſcriptum,
in fin. cum 3. lib. ſeq. de pact. P. c. qui ad agendum, §. fin. de procura.
in Sex. Si tamen aliis a procuratore ſpeciali ſine mandato tranſa-
ctis, dominus ratihabitione conſenſerit, valebit tranſactio, dict. l.
mandato generali, de procura. P. Vel ſi præſente domino procura-
tor ſine mandato tranſegerit: eo enim non reclamante præſen-
te, rata erit tranſactio, glo. in c. cum olim, in 1. in verba pretium con-
tradixit, de off. & pote. iud. deleg. Franc. Curt. in additionibus ad A-
lexandrum in l. tranſactionis placitum, de tranſact. ¶ Quia † ſi pro- 25
curator excedit, præſente domino, fines mandati, ſi is non con-
tradicat, ſtatim præiudicat eidem, can. ſi ſeruus ſciente, 54. diſtin. c.
2. de his quæ fiunt, a prælat. ſine conſen. ca. l. 2. quod cũ eo qui in alien.
pote. P. l. ſi filiusfamilias, ad Senatuſconſul. Maced. P. l. ſi vt propo-
nis, C. de nupt. Quemadmodum iudex qui præſentibus, nec cõtra-
dicentibus litigantibus fines mandati ſui excedit, proculdubio
præiudicium eiſdem facit, l. 2. C. communia vtriuſ. iud. ¶ Pro-
hibetur † & tranſactio inter virum & vxorẽ aliquando, vt in §. il- 26
lud, tit. neque virum quod ex dote eſt, &c. in auth. coll 8.

¶ Forma, † ſecundum contrahentium conſenſum imponi- 27
tur tranſactionibus. ¶ Et † proinde reiicitur tranſactio facta, 28
vbi non eſt conſenſus liber, quæ vi metuve fit: vel errore, vel
dolo, leg. interpoſitas 13. leg. ſub prætextu 19. §. fin. leg. 4. de tranſa-
ctio. C. leg. non intereſt 5. de his quæ vi metuſue cauſ. fiunt, libro ſecun-
do, C. titul. 20. l. qui cum tutoribus 9. §. qui per fallaciam, de tranſ-
act. P. Verumtamen non ſufficit dolum obiicere, niſi proberur,
l. ſi ma-

l.ſi maior 22. C.de tranſact.l. interpoſitas,eod. titul.l. dolum,de dol. C.
& fiat nolenti,l. cum donationis 34. C.de tranſact. conſilio, non re
ipſa ſolum: quia deceptio vltra dimidiam iuſti preti, quæ dolus
reipſa dicitur,non habet locum in tranſactione,l. de fideicommiſ-
ſo 11.l.nec intentio 23. C.de tranſact.gloſſ. & Doctor. in l. 2.de reſcin.
ven. C.Bald.in rub. de tranſact. ap. Greg.Panorm.ad c.1.eod.tit. A-
lexand.Imol.tom.1.conſiliorum,conſi.42.Innoc. Anchar. Ioan.And.
in c.peruenit,de emt.neq; dolus,vel deceptio in tranſactione præ-
ſumitur interueniſſe,quæ præſentibus communibus amicis fa-
29 cta eſt,leg. tranſactionem quæ.3. C.de tranſactio. ¶ Non † nocet ta-
men quod errore calculi factum eſt, nec vitiat tranſactionem, l.
vnic.de erro.calcul.libr. 2. C.tit. 5. niſi præſcriptio 20. annorum,
aduerſus eum cuius intereſt,& aduerſus eius heredem 10.anno-
rum obiiciatur,l. in omnibus 13.§.fi.de diuer.& tempor.præſcrip.lib.
44.P.tit.3. per gratiam expunctis rationibus: aliter autem cal-
culi error vltra 20.annos reparari poteſt vſque ad trigeſimum, l.
calculi 9.de adminiſtrat.rerum ad ciui.pertinent.libr.50. P.titul,8.
30 ¶ Concipi † poteſt tranſactio & pure, & ſub conditione, l.ſi ſu-
per poſſeſſione 9. C.de tranſact. ſub Aquiliana ſtipulatione, & pœ-
nali pacto,& ſtipulatione, l.4.l. vt reſponſum 15. l. vbi pactum, 9.
C.de tranſact.l.2.l. Aquiliana 4.& ſeq.l.pacto conuento 15.eod. P.
cum iuramento ſine iuramento,l.ſi quis maior 41. C.de tranſact.
cum iuramento & ſine eo,l. cum te tranſegiſſe,& l.ſiue apud acta,
C.de tranſact. l. pactum, quod bona fide, C.de pac.l.non ideo famil.
erciſc. C.l.1.de fide inſtrum.in controuerſiis teſtamentariis forma
quædam, vt legantur, videantur verba teſtamenti, prius quam
valere poſſit tranſactio de his,l.de his 6.de tranſact. Alia forma,de
alimentorum tranſactione auctore prætore facienda, præſcri-
31 pta etiam,l.cum hi 8.de tranſact.P. ¶ In omnibus † aliquid dari,
vel retineri neceſſarium eſt,aliter non dicitur tranſactio, l. tranſ-
actio,C.de tranſact.l.3. de repud.her. C.l. conſtit. de tranſact. ſed pa-
ctum,l.1.de tranſact.P.aut donatio,c.1.de tranſact.l.donare, de reg.
32 iur.cap.veniens, de teſti.l. ſi maiores 25. C.de tranſact. ¶ Ei † au-
tem prodeſt vel nocet tranſactio, qui tranſegit, non aliis: ideo
tranſactio facta cum putatiuo herede,non porrigitur ad verum
heredem, l.3 §.fi. de tranſact. P. cum vero herede facta a debito-
re hereditatis vendita hereditate nocet emtori,l. ſi.eo.tit. & facta
cum principali debitore, prodeſt fideiuſſori, l. & poſt rem, 7.§.1.
eod.P. at facta cum quibuſdam tutoribus,vel curatoribus ſepara-
tim adminiſtrantibus,aliis non prodeſt,l.1.C.eo.tit. l.1.ſi tutor vel
curator interuenerit,lib.2.C.tit.25. ſicuti nec aliis obeſt, l.ſi maio-
res 25.& l.tranſactione matris 26. C. de tranſact.

## De Fine & Rationibus Tranſactionis.
## Cap. 3.

1 *Tranſactionum inuiolabilium finis lites ſopire.*
2 *Litium finiendarum cauſſa pleraque ſtatuta, & litiũ exſecratio.*
3 *Camarinam mouere quid eſt.*
2.3. *Tranſactione facta, cur non licet pœnitere.*
*Tranſactionis ſeruandæ cauſſa quæ datur actio.eo.3.*
4 *Tranſactionis dolo initæ remedium.*
5 *Dolus in tranſactione tripliciter conſideratur.*
6 *Condictio dati in contractibus innominatis non impletis.*

1 FInis † propter quam tranſactio vim & auctoritatem inuiola-
bilem & æqualem ſententiæ,l.non minorem, de tranſaction. C.
obtinet, eſt litium determinatio,& vt ab illis diſcedatur, leg.fra-
tris,10.de tranſact.C.& l.1.eod.tit. ſicuti pleraque non alia ratione
a legibus recepta, quam vt lites ſopiantur, quibus omni ſtudio
finem imponere properant,l.properandum,de iudic.C.l 2.de aqua
pluu.arc. P.ca. finem litibus,de dol.& contum.l.1.de nouo co.facien.
2 C.clement.diſpendioſa,de iud. ¶ Et nunquam † eſſet litium finis,ſi
a tranſactionibus bona fide interpoſitis,liceret recedere,d.l.fra-
tris. Et verecunda cogitatio eius qui lites exſecratur non eſt vi-
tuperanda: neque eius factum improbat prætor, qui aliquando
maluit re carere, quam ſæpius pro ea litigare,leg.4.§.fin.de alien.
iudic.muta.ca.fac. P.lib.4.tit.7. Litem incipere temerarium eſt:
perſequi onerosum, ſolicitudinibus & ſumtibus refertiſſimum
opus: & cum poſſis nolle pedem inde retrahere ſtultiſſimũ, aut
impium. Nam, vt ait Heſiodus, in Ergis παθὼν δὲ νήπιος ἔγνω Stul-
tus & poſtquam paſſus eſt, cognoſcit,& reſipiſcit quamuis ſero liti-
gioſus homo, vt ſcribit Plato, varium eſt animal: atque vt fertur
prouerbio, non altera manu dumtaxat, ſed vtraque apprehen-
dendum, Plato lib.de Ente ſiue in Sophiſta. Ideo quamuis contra-
ctus ſit innominatus, in quibus licet pœnitere, l.ſi cum fundum,
de pac. P. tranſactio, tamen ab ea non licet recedere, nec pœnite-
re, nec lites ſopitas reſtaurare, l. cum te, & l. quamuis, C.de tranſ-
act.c.contingit,eod.tit. apud Gregor.
¶ Et † vt aiũt Græci, expedit μὴ κινεῖν καμαρίνα, ἀκίνητος γὰρ ἀμεί- 3
νων, id eſt, μὴ κινεῖν κακὸν εὖ κείμενον. Scilicet, non mouendam eſſe ca-
marinam, non enim tangere præſtat: nec mouendum eſſe malum bene
conditum. Quemadmodum enim camarinæ fruticis rami com-
moti,& concuſſi tetrum quendam odorem edunt, vt notat Ste-
phanus & Suidas: ſic ex litibus quo magis agitantur, eo maiores
inimicitiæ,& odium capitale,& ſæpe cædes naſcuntur,d.l.prope-
randum,de iud C. multumque lucratur, qui a lite diſcedit,vt Deo
fauente,cum de iudiciis tractabimus, apertius explicabitur. Sub-
inde per tranſactionem receditur a priore actione,ex qua lis in-
troducta fuerat,accedente Aquiliana ſtipulatione & acceptila-
tione,l. 4. C. de tranſactio. l. cum mota,l. ſub prætextu, C.eod. l. cum
poſteaquam,9. C.de pact. Ita actio ſemel exſtincta non poteſt re-
uiuiſcere,l.qui res, §.aream, de ſolutio.P.l.quæritur, §.penult. de æ-
dil. edict. P.l.poſtquam liti,C.de pact. Et iterum ſatis ſuperque cõ-
ſtat, ſententiæ æquatam & rei iudicatæ tranſactionem, l.non mi-
norem,C.de tranſact. & poſt rem iudicatam litem non reſurgere,
l.1.de re iudica.l.res iudicata,de reg. iur. ne lis ex lite oriatur,l. ter-
minato,de fruct. & lit.expenſ. propterque auctoritatẽ rerum iu-
dicatarum, ob quam conſeruandam,etiam conuenit male iudi-
cata mandari exſecutioni, l. cum prætor, §.ſeruo inuito ad ſenatuſ-
conſ.Trebel.P. Poſſunt huc accedere rationes, quæ in libro ge-
nerali conuentionum in primo capite tradidimus, de fide ſer-
uanda ob neceſſitatem commerciorum. Exſtat Caroli 9. Regis
edictum, de tranſactionibus ſeruandis, promulgatũ anno 1561.
menſe Ianuarii, donne a S.Germain en l' haye, menſe Ianuarii 1561.
quo ſtatuitur, tranſactiones ſine dolo,& fraude initas inter ma-
iores, de rebus, quæ in illorum commercio & poteſtate ſunt, fir-
mas rataſque eſſe, nec quemquam aduerſus eas conqueri poſſe,
prætextu deceptionis vltra dimidiam iuſti pretii, quæ dolus rei-
pſa dicitur.de hoc ſuperiori capite, neque admittendos codicillos
regios ab officina æquitatis ſeu cancellaria impetratos, per iudi-
ces illis ne admitterent: & cancellariæ, ne hæc reſcripta conce-
dant inhibens,ſimile,in l. cauſſas C.de tranſact. Dari itaque actio-
nem, & exceptionem ex tranſactione,indubitati iuris erit, cum
efficacem obligationem habeat. Sed quæ detur, ratione eorum
quæ adiiciuntur, venari oportet: ſi Aquiliana vel alia ſtipulatio,
vel acceptilatio, vel pactum conuentũ adiiciatur, vt in ſuperiori
capite ab initio notauimus. Parum autem in nominandis actio-
nibus laborandum nunc eſt, formulis ſublatis,& donata vi indu-
bitate tranſactioni,ob quam ſufficit intentionem iudici, vel ora-
tione, vel libello exponere, leg. 2.de formu.& impetrat.ſublat. C.
cum ſim.¶ Cauendum † tamen ne dolus interueniat, tranſactio- 4
ni faciendæ cauſſam dans: nam tunc quanquam prior actio non
reuiuiſcat: tamen ſubſidiaria actio de dolo ſubueniret, vel exce-
ptio,l. 4. de tranſact. C. Nemo enim ex dolo ſuo lucrum perci-
pere debet,l.1.& l.nec ex dolo,de dol. in P. potiſſimum in contra-
ctibus, qui bonam fidem exigunt,l.bonam fidem, C. de act. l. bona
fides, depoſi. ſemper enim intelligitur in remiſſione omni, exce-
ptio vel excluſio doli, l. tres fratres 36. de pactis in P.l. Pomponi. 10.
de neg.geſt.l. Aurelio 21.§. Caius,de libera.leg.P. Et ſi acceptila-
tione prior actio non fuit extincta, ipſo iure erit propter dolo-
ſam conuentionem, nulla tranſactio, in ſumma, de condict. indeb.
l.ſi quis cum aliter,de verb.oblig. & reditur ad actionem primam,
l.cum proponas,C.de pact. ¶ Verum † hic aduertendum, dolum 5
in tranſactione triplici modo conſiderari poſſe: primum, quan-
do dolus dedit cauſſam tranſactioni, & de hoc locuti ſumus: ſe-
cundo, prout erat iam commiſſus in negotio, de quo tranſigitur:
tertio quando dolus verſatur in non ſeruanda tranſactione. Do-
lus iam commiſſus, admittit quidem tranſactionem: quia dolus
præteritus, non futurus, pacto remitti poteſt,leg.ſi vnus, §. illud
nulla,de pact.P.l.quidam decedens, de adminiſtra. tutor. in P. qui
enim de negotio tranſigit, in quo aduerſarium doloſe verſatum
ſcit, remittere videtur dolum. Nec ei ſcienti hoc modo dolus fit,
& proinde tunc vt deceptus non poteſt abire a tranſactione, leg.
cum donationis 34. C.de tranſact.l. nemo videtur, de regu.iur.in P.l.
vendito de reſcin.ven.C. Sicuti neque is qui doloſe contrahere
impulit deceptum, etiam prætextu ſui doli tranſactionem reuo-
care poteſt, vt propriam allegans turpitudinem, l. tranſactione fi-
nita,30. C.de tranſ.l.cum profitearis,C.de reuoc.donat. At quando
dolus dicitur ineſſe tranſactioni, vel tranſigentibus, quod alter
illorum noluerit mala fide tranſactionem implere, tunc certe
non reſcinditur, nec vlla fit tranſactio, nec agitur actione de do-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lo: etſi doloſe faciat, qui non facit quod facere debet *leg. dolo, de dol. P.* Eo quod contra non implentem proditæ ſunt actiones, vt cogatur, veluti actio præſcriptis verbis, non de dolo, *in leg. ſolent, de præſcript. verb.* & condictio ob cauſſam, vt reſtituatur priſtina actio, *l. ſi quis accepto tulerit. de cond. ct. cauſ. dat.* ageturque vel ex ſtipulatu, vel intereſt non impletam fuiſſe tranſactionem,
6 *l. cum mora 6. C. de tranſact.* ¶ Et naſcetur ea ratione ex contractu ſtricti iuris arbitraria actio, *l. in bonæ fidei, de eo quod cer. loc. in P.* ob pactum non ſeruatum, *l. centum Capuæ, eod. tit.* ſicuti etiam in contractibus innominatis, vbi non ſubſiſtunt, quia non implentur, ſi intereſit, agitur ex eo, conditione dati, *l. ſi tibi decem dedero 7. de præſcr. verb.*

## De alia ſpecie Contractuum innominatorum, do vt facias. Cap. 4.

1 *Do vt facias, contractus innominatus, quos contractus contineat.*
2 *Condictio dati, ſi non fiat quod dictum eſt, competit.*
3.2. *Contractus do vt des actiones.*
*Caſus fortuiti interitus in contractibus innominatis, ad quem pertineant. eod. 3.*

1 HÆc † ſpecies innominatorum contractuum, do vt facias, continet contractus in quibus aliquid datur, vt aliud fiat: ſi modo in propriam formam nominatam non veniant: nam tunc eius nominis, non generalis cenſebuntur. Exemplum Paulus adfert, cum do vt facias, ſi tale ſit factum, quod locari ſoleat, & pecuniam dem, erit locatio, ſi non dem pecuniæ quantitatem, vt facias, ſed rem aliam, quamuis locari ſoleat factum, non erit locatio, ſed contractus, ſine nomine: item ſi factum eſt eius naturæ, quod locari non poſſit: quamuis pecuniam pro eodem, non erit locatio, ſed anonymus contractus, *l. naturalis, §. ad cum do, vt facias, de præſcrip. verb.* Aliud a Papiniano relatum, ſi quis pretii explorandi cauſſa rem tradat: neque depoſitum, neque commodatum erit, ſed non exhibita fide in factum ciuilis actio competit, vel ex contractu anonymo, *leg. 1. § fin. eod.* Idipſum obtinet, ſi mulas experiundas dedero, aliquo ſingulis diebus accepto, donec reddidiſſes, imperfecta emtione, *l. apud Labeonem 22. eod. P.* ſi veſtimenta cum velles vendere, te rogauero, vt ea apud me relinqueres, vt peritioribus oſtenderem, eaque apud me perierint *leg. ſi rem tibi 19. §. ſi cum mihi, eodem.* Sunt his plu-
2 ra ſimilia, quæ a contractibus nominatis diuerſas notas habent, retentis duobus illis extremis, do vt facias. ¶ Si † non fiat quod dictum eſt, qui dedit condicere poterit, vel præſcriptis verbis agere vt fiat, *dict. l. naturalis, §. at cum do, & l. ſi dominus ſeruum 8. de præſcr. verb.* quod ſi is qui facere tenebatur, fecerit quidem, ſed quod ei datum eſt eo nomine euictum ſit, ſi ſciens alienum dedit, de dolo actione tenetur: ſi ignorãs, in factum ciuili actione, *d. l. naturalis §. at cum do, vide l. iuriſgentium §. 1. de pact. P.* Et Papinianus, eum qui dedit vt quid fieret, ſi alter ceſſet facere cõfeſtim, tradit poſſe agere præſcriptis verbis, vt ſoluat, quanti ſua intereſt: aut ſi nihil intereſt condicere poſſe, vt datum reddat, *l. ſi tibi decem 7. de præſcrip. verb.* Et rurſum, ob eam, inquit *l. ob eam cauſſam 9. eod. tit. P.* cauſſam accepto liberatus, vt nomen Titii debitoris delegaret: ſi fidem contractus non impleat, incerti actione tenebitur. Itaque iudicis officio non vetus actio reſtaurabitur, ſed promiſſa præſtabuntur, vt condemnatio ſequatur.

3 ¶ Caſus † fortuitus, qui circa interitum rei accidit, ſi, dum apud me inſpiciendi cauſſa reliquiſſes, interierit, pertinet ad dominum: *leg. ſi rem tibi, 19. §. ſi cum mihi, de præſcript. verb. P.* & ſi margaritas, vel alias res tibi dedero, vt eaſdem mihi adferres, aut pretium earum, ſi quidem ego te venditorem rogaui, meum eſt periculum, ſi tu me rogaſti, tuum, ſi perierint ante veditionem, *l. ſi gratuitam 18. §. 1. de præſcript. verb. P.* Sed ſi neuter noſtrum, ſed dumtaxat conſenſimus, teneri te hactenus vt dolum & culpam mihi præſtes: & ex hac cauſſa erit vtique præſcriptis verbis actio.

## De Contractu innominato, facio vt des. Cap. 5.

1 *Contractus innominatus facio vt des, quas actiones producit.*

1 QVod † ſi faciam, inquit Paulus, vt des, & poſteaquam feci ceſſas dare, nulla erit ciuilis actio, & ideo de dolo dabitur, *dict. leg. naturalis, §. quod ſi faciam & Pompon. in leg. permiſiſti 17. § fin. eod.* Doloſe enim, vel callide verſatus eſt, qui paſſus eſt alium facere, facto irreuocabili, quod pro infecto haberi, nequit, *leg. in bello, §. facta, de captiuis, in P.* & poſtea non vult ex ſua parte implere fidem: ſi tamen facto opere, quiddam, quod dãdum ſit, ex eo ſuperſit, recte Pomponius experiri poſſe ad exhibendum reſpondit, *dict. leg. ſi permiſiſti, §. 1.* Et hodie ſi permittatur aliquid fieri, vt inde commodum detur facienti, condictione donationis factum tolli petiue poteſt: *l. ſi quis argentum, §. penul. de donat. C.* ceſſabitque ſubſidiaria de dolo, *glo. fin. in §. fin. l. permiſiſti.* Poſſet tamen dari actio ciuilis præſcriptis verbis, vt cogatur dare ei qui fecit promiſſum, ſi pactio interceſſit: vt apud Iulianum, ſi promiſſum aliquid ſit, ſi furatum detegat, *l. ſolent, 16. de præſcript. verb.* quod tamen potius addo vt facias: quam ad facio vt des, quidam referri dicunt, & ideo actionem præſcriptis verbis dari autumant, vt in tranſactione quoque, *l. cum mora, de tranſact. C.*

## De Facio vt Facias, & de rationibus contractuum innominatorum, Cap. 6.

1 *Contractus innominati facio vt facias natura & actiones.*
2 *Contractuum innominatorum finis idem ac nominatorum, implementum fidei datæ.*
3 *Præſcriptis verbis actio quæ, & quare prodita, & pro quibus.*
*In factum actio generalis quæ, & pro quibus.*

IN † hac ſpecie, facio vt facias, proſpiciendum eſt ſimiliter ac in prioribus, ne innominati contractus formam incidat: nam tunc ex eo contractu non præſcriptis verbis agendum eſſet, *dict. leg. naturalis, § ſed ſi facio, eo. de præſcript. verb. P. l. rogaſti 21. §. fin. eodem titul.* Vbi autem præſcriptis verbis agitur, & ex altera parte, factum ſit, ex altera non fuerit factum conuentum, fit condemnatio quoque, quanti intereſt factum non eſſe, *dict. leg. naturalis, in prin. iuncto, §. fin.* 1

¶ Finis † tractationis contractuum innominatorũ eſt idem, qui & nominatorũ, vt fides ſeruetur: ne prætextu nominis contractus promiſſum fraudetur. Nec enim oportuit tam curioſe nomina inquirere, quantum præſtandæ fidei æquitatem, *leg. 1. de pact. P.* Plura enim ſunt negotia, quam rerum vocabula, *leg. 4. de præſcrip. verb. P.* 2

¶ Quare † ſufficit Iuriſconſultis quædam nomina, vel communia præſcribere, quibus admonerentur contrahentes, etiam ea quæ ſine proprio contractus nomine venirent in placitum, præſtanda eſſe. Et ita etiam actiones, quibus ad effectum promiſſa duci poſſent, generales in factũ, & præſcriptis verbis propoſuerunt, aliis deficientibus actionibus. *l. 1. 2. 3. de præſcri. verb. P.* Actio dicta præſcriptis verbis a iure ciuili conceſſa, & ciuilis dicta, ſi quicquam verbis fieri darive placuiſſe expreſſum ſit, & non poſſit in formam propriam nominatam reduci, vt ſi rem inſpiciendam dem, & tu eam amiſeris, *l. ſi rem inſpiciendam, eod. tit.* Et ſic de ſimilibus. Quod ſi nihil dictum ſit, vel nihil expreſſe couentũ ſit, tamen factũ quoddã interuenerit, ex quo nominata nõ detur actio, pro eo facto in factũ dabitur actio: vt ſi cũ oſtenderem tibi annulum, dum ambularemus circa Tyberim, in Tyberim is deciderit a manu tua, agam in factum contra te. *leg. duo ſecundum Tyberim. de præſcriptio. verb. P.* Et generaliter quoties deficit actio, vel exceptio ex eo negotio, propter quod agi æquum eſt, datur actio vtilis in factum, *l. quoties, eod. l. rebus, de rerum permut.* Videto autem latius in gloſſ. l. ex placito, de rerum permutatione, in quibus locum habet actio in factum, & actio præſcriptis verbis. Porro, res, perſonæ, quæ idoneæ ſunt his innominatis conuentionibus, reliquaque fere omnia, quæ conſideranda ſunt, affinem & ſimilem fere in omnibus habent tractationem cum nominatis contractibus. 3

## De Donationibus, & primum de finitione. Cap. 7.

Inſtitutio. Lib. 2. tit. 7. P. lib. 39. tit. 5.
C. Lib. 8. tit. 24.

1 *Donatio inter anomalos contractus.*
2 *Donatio etiam hodie nudo pacto fit valide, olim minime.*
3 *Donationis nomen vnde declinatum.*
4 *Munus, & donum quomodo differunt.*
5 *Donationis finitio.*
6 *Diuiſio in proprie liberalitatis puram, & improprie donationem.*
7 *Donationes improprie, cõditionalis, cauſſa mortis, ob cauſſam, &c.*
8 *Donationum alia obliqua, alia directa, & quæ.*
9 *Donatio alia inter viuos: & modi varii quibus concipiatur pura: non pura, conditionalis, & cum modo. eod.*

10 Dona-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

10 *Donationes ob cauſſam quomodo perpendendæ.*
11 *Donatio propter nuptias quæ, & an, & quando reuocabilis, & de differentia cum ſponſalitia largitate.*
*Sponſalitia largitas quæ, eod.*
12 *Donationis cauſſa propter quam ſit conſideranda pro reuocatione. Cauſſa finalis & impulſiua diſtinctio, eod.*
13 *Donationis ob cauſſam differentia cum datione ob cauſſam contractuum innominatorum.*

1 CVm † iam locuti ſimus de contractibus nominatis, & inno-
minatis, habentibus ſynallagma, vtrinque videlicet obli-
gantibus: & l. Labeo, §. contractus, de verbo. ſign. de formis eorum,
re, verbis, literis, conſenſu perfectis: ſeries poſtulat, vt de dona-
tione agamus, quam in hunc locum anomalium conuentionum
reiecimus, quod non potuerit ſub aliqua prædictarum forma-
rum abſolute reponi: quia nec vtrinque obligationem habeat,
videlicet liberum exſiſtente ei cui donatur, repudiare donatio-
nem, c. ſi tibi abſenti. de præb. in ſex. l. inuito, de regu. iur. l. hoc iure, 19.
2 §. non poteſt, de don. can. geſta. 84. diſtin. ¶ Fiatque † interdum nu-
do pacto hodie, olim tantum ſtipulatione, l. perficiuntur, de dona.
ap. Juſtin. l. ſancimus, §. ſi quis argentum, C. eo. tit. vel traditione, l. ſi
quis alienam, C. de act. l. traditionib. C. eod. tit. interueniente. ¶ Do-
3 natio † itaque ſecundum M. Terentium Varronem, a Siculo
nomine δωτίνη, vt donum declinatur: & a Græco nomine δῶρον,
aliis δῶμα, Atticis doſis, traditio, datio, Varro 4. de lin. Lat. conſen-
tit Feſtus, de verb. ſign. Subſcribit Paulus, l. ſenatus cenſuit, 35. §. do-
natio, de mort. cauſ. dona. P. qui κατὰ ἀντίληξιν, ait donationem doni
dationem. Plinius quoque in præſenti rerum traditione, dona-
tionem ea ratione conſtituiſſe videtur, dum ait, Græci antiqui do-
ron palmum vocabant, & ideo dora munera, quia manu donantur,
4 Plinius li. 35. c. 14. ¶ Labeo † donum a donando trahi vult, & ge-
nus eſſe: eiuſque ſpeciem munus, quod eſt donum cum cauſſa,
Pau. in l. inter donum 194. de ver. ſign. Illud dixit antidorum Vlpia-
nus, l. ſed etſi lege, 28. §. conſuluit, de peti. here. in P. quanquam mu-
nus in latiori, aliaque ſignificatione, & pro onere, & officio ac-
cipiatur, l. munus tribus modis, de verb. ſign. titu. de munerib. & ho-
noribus: & vtrumque etiam hoc nomine contineri Ariſtoteles
notat: Munus, inquit, eſt rei alicuius donatio, ac honoris ſignum.
Quamobrem, tam æris auidi, quam ambitioſi donari cupiunt. Cum
ea donatio habeat, quod vtrique appetunt. Nam & res eſt quam a-
uari deſiderant, & honorem adfert quem ambitioſi expetunt, l. Ari-
ſtote. 1. Rhetoricorum ad Theodecten, cap. 5.
5 ¶ Quod † pertinet autem ad ſubſtantiæ donationis finitio-
nem, Donatio eſt contractus, ſic vocant donationem contractum, l.
ſi donationis, quod met. cauſ. l. ſi quis emtionis, de præſcripti. 30. vel
quadrag. annor. C. l. contractus, 4. de fide inſtru. C. c. præterea, de iure
patro. ſtricti iuris, l. eum qui donationis, 22. de donat. P. §. actionum,
de action. eſt tamen contractus nominatus ſecundum Bartolum in l.
iuriſgentium, de pact. & Alexan in l. fin. de condict. ob cauſ. dat. quo
quid transfertur, dominii tranſlatiuus eſt titulus l. in ædibus, 9. §. fin.
de dona. P. l. ſenatus, 35. §. 1. donatio, de donatione cau. mortis, P. l. eum
qui, l. 8. §. 1. de pub. in rem actio. P. in alterum, l. quia nemo ſibi dat. c.
ſi de inſtitutio. ap. Grego. gratis, c. 1. de dona. l. 1. & l. donari, de donat.
P. l. donari, de reg. iur. l. Attilius, & l. ſi pater, § ſi. l. in ædibus, de donat.
P. & irreuocabiliter, l. 1. de donat. l. 1. de preca. P. l. fin. C. de vſucapio.
pro dona. l. velles, & l. poſſeſſionem, C. de reuoca. dona. l. Ariſto. de do-
6 na. P. l. vbi ita donatur, de don. cauſ. mort. P. ¶ Vlpianus † in l. 1. de
don. P. diuidit donationem, in eam quæ proprie donatio eſt, & in
eam, quæ proprie non eſt. Proprie donationem eſſe dicit, cum
quis dat ea mente, vt ſtatim velit accipientis fieri, nec vllo caſu
ad ſe reuerti: & propter nullam cauſſam facit, quam vt liberali-
tatem & munificentiam exerceat. Non proprie donatio, ſi quis
dat, vt tum demum accipientis fiat, cum aliquid ſecutum fuerit:
quæ tota ſub conditione donatio eſt: item cum ipſe ea mente
dat, vt ſtatim quidem fiat accipientis, ſi tamen aliquid factum
fuerit, aut non fuerit: veluti ſi cum conualuerit, velit ad ſe reuer-
ti: nam & hæc donatio ſub conditione reſoluitur. ¶ Quamob-
7 rem quæ dantur, † neceſſitate cogēte, ſub impropriè donationis
appellatione continentur: cum in neceſſitatibus nemo libera
dici poſſit, l. rem legatam, de adimend. lega. P. Huius generis erunt
ob cauſſam data, l. hoc iure, §. fin. de donat. in P. l. Campanus, de oper.
liber. remunerationes, quæ ideo vt alienæ a donatione, ab inſi-
nuatione liberæ ſunt, iure ciuili, l. ſi pater, §. 1. iuncta l. Attilius, de
dona. P. contractus innominati do vt des, in l. naturalis, cum ſuis
§§. de præſcr. verb. Docet & id titulus de condictione ob cauſſam
datorum, vt in l. ſi donationis, de condi. ob cauſ. da. Simili cenſura &
donatio cauſſa mortis improprie donatio dicit, l. ſenatus, §. 1. de
don. cauſ. mort. idem in dote. Receptum tamen eſt, & modum
poſſe apponi donationi, & conditionem, nec ideo minus pu-
ram, & vere donationem dici, dummodo ex illa commodum
non accedat donanti, l. donatio, de donatio. quæ ſub mo. &c. C. lib. 8.
tit. 55. ¶ Rurſum † donationum aliæ obliquæ, aliæ directæ, l. do- 8
natio ſiue directa, C. de donat. Obliqua donatio eſt, quæ præſtatur
ab alio, quam a donante poſt mortem eiuſdem, qualis legatum,
quod eſt donatio ab herede præſtanda a teſtatore relicta, §. lega-
tum, de lega. l. legatum, de lega. 2. l. 2. de public. in rem act. Item dona-
tio cauſſa mortis, l. 1. de mortis cau. dona. P. §. 1. de dona. æqualis le-
gatis fere, l. fin. C. de dona cauſ. mor. ¶ Alia † quoque diuiſio in do- 9
nationem quæ fit inter viuos, & eam quæ cauſſa mortis, vel oc-
caſione mortis, l. vbi ita donatur, de donat. cauſ. mort. P. Donatio
inter viuos ea eſt, quæ ſine mortis aliqua cogitatione fit, & eſt ir-
reuocabilis, §. alia autem, de donat. apud Inſti. d. l. vbi ita donatur:
de qua primum dicetur. Donationum inter viuos, alia pure con-
cipitur, alia non pure. Pura & ſimplex dicitur: Non pura, cui ad-
iicitur aliqua cauſſa, vel modus, vel tempus, vel conditio, hæc e-
nim licet in traditionibus rerum adiicere, l. in traditionibus, de
pact. P. tit. de donat. quæ ſub mod. &c. l. ea lege, de condi. ob cau. da. l. 1.
§. 1. de dona. P. l. 2. §. ſi. eod. P. cauſſæ adiectæ & expreſſæ, nota, di-
ctio Quia: modi, vt conditionis, Si, l. demonſtratio falſa, 17. §. fin. de
cond. & demonſt. in P. ¶ Cauſſa † ob quam donatio fit, conſidera- 10
tur aut vera, aut falſa, id videlicet, per quod, vel a quo, vel propter
quod aliquid fit. Et diuerſæ tot ſunt donationes cauſſales, quot
poſſunt eſſe diuerſæ cauſſæ, & proinde per ſingula eas perſequi
tædioſum eſſet. ¶ Inter † inſigniores porro donationes ob cauſ- 11
ſam eſt donatio propter nuptias, quæ cauſſam præſupponit nu-
ptiarum, propter æqualitatem dotis: quemadmodum & dotis
donatio, pro cauſſa habet matrimonium, auth. dos data, & l. cum
multa, in prin. & §. 1. de dona. ant. nup. C. Quocirca ceſſantibus his
cauſſis reuocantur, niſi pactum de lucranda dote, præmoriente
vxore, vel de lucrāda donatione ante nuptias p̄moriente marito
adiectum ſit, auth. æqualitas, & auth. ſed quæ nihil, de pact. conuent.
C. §. 1. de æquali. dot. in auth. Quod paulo diuerſo modo in ſponſa-
litia largitione perpenditur: nam ſi ex mera liberalitate fieri e-
am dictum ſit, non redit ad donantem, l. 1. de do. in P. l. ſi mater, de
dona. ant. nup. & ſi nihil de eo expreſſum, iure quidem antiquo
præſumebatur ex mera liberalitate facta, l. ſi filiæ, & l. ſi tibi, & l. 2.
C. de donat. ante nupt. hodie autem tantum ob cauſſam futuri ma-
trimonii, l. cum veterum, C. eo. tit. de dona. ant. nup. Quamobrem
in repetitione nunc adhibetur diſtinctio, num matrimonium
ſecutum non fuerit, caſu aliquo interueniente, & tunc ſeruatur:
l. ſi ab ſponſo, de donat. ante nupt. C. aut num ſteterit per alterum
contrahentium, quo minus ſequutum ſit: qua in cauſſa ſi per do-
nantem ſteterit, is amittit donatum, nec reuocat: ſi quid autem
ab alio acceperit, reſtituit, d. l. cum veterum, aut conſenſu vtriuſq;
abitum a contractu eſt, tumq; erit repetitioni locus, l. ſi diuerſa,
C. de tranſact. ¶ Cauſſa † finalis generaliter propter quam dona- 12
tur, conſideranda eſt præcipue: vt ſi non impleatur, vel ſi non ſe-
quatur, reuocetur donatio: quæ autem ſit finalis, facile eſt co-
gnoſcere: nempe cum aliter donatum non fuiſſet, niſi illud factū
fuiſſet, l. 2. §. ſi. & l. 3. de dona. in P. l. ſi militem, & l. dictam legem, l. ſi
cum exiguam, & l. cum ancillam, C. de condict. ob cauſ. dat. Idipſum
tamen obtinet in cauſſa impulſiua, vt ſi donaui quod arbitrarer
me poſſe repetere & ita facere decreuiſſe, l. ſi repetendi, C. de con-
di. ob cau. dat. Nec enim ceſſante illa cauſſa, reuocatur donatum,
dummodo non ſteterit per accipientem, ſed per caſum fortui-
tum, vel alio modo, quo minus impleatur, l. pen. & ſi. de condi. ob
cau. dat. C. l. qui operas loca. P. l. 1. § pen. de var. & extra. cogni. l. 3. &
4. de cond. inſert. lib. 6. C. tit. 46. quod & in modo placet obſeruari,
in l. 1. de his quæ ſub mo. legati vel ſideic. relinq. C. li. 6 tit. 45. Neq; ex-
iſtimo pendente conditione, & modo, & cauſſa, interim poſſe
donantem abire ante moram donatoris a donatione: quia con-
tractu inito, obligatio perfecta eſt, quamuis pendeat exſecutio,
l. ſicut, C. de actio. l. is cui ſub conditione, 41. eo. in P. l. ex conditionali,
de verb. obl. l. non omne, de regu. iur. l. ſi filiusfamil. de verbor. obl. l. po-
tior, §. qui potio in pigno. hab. P. ¶ Ceterum † hic annotandum eſt, 13
donationē ob cauſſam diuerſam eſſe a datione ob cauſſam; l. hoc
iure, 19 §. Labeo, & §. ſi. de don. P. quæ poteſt interuenire cōtracti-
bus innominatis do vt des, & do vt facias: in quib. tamē non prius
translatū eſt dominium rei datæ, q̄ fuerit impleta cōuentio ex v-
troq; latere, vel per acceptantē ſteterit, l. ſi pecuniā cum ſuis §§. &
l. 3. §. 1 de cōd. ob cau. d. 1. cau. no ſec. l. naturalis, §. etſi quidē, de p̄ſcr. verb.

## De Rebus quæ in donationem veniunt. Cap. 8.

1 *Donari poſſunt res, quarum dominia transferri poſſunt, non aliæ.*
2 *Hereditas viuentis quare donari non poteſt a ſucceſſore.*
3 *Iura certo aduentura donari poſſunt.*
4 *Dominium bonorum donatio præſentium & futurorum, ſine vlla reſeruatione non valet.*
5 *Si fiat, aliter valet.*
6 *Donator an teneatur creditoribus donantis.*

1 RES, † quæ donari poſſunt, illæ erunt, quæ in commercia li-
bere venire poſſunt hominum: quare donari non poteſt,
quod fieri non poteſt accipientis, *l. in ædibus, 9. § fi. de don. P.* vt res
aliena, *l. ſi filius, 14. C. eo. l. conſtante, 21. eo.* res quæ eius eſt, cui dona-
tur, *Paul. l. etſi conſenſum, 15. § fi. de contrahen. emt. P. § ſic itaque diſ-
cretis, de acti.* quod pertinet tamen ad vſucapiendi facultatem,
donationis rei alienæ titulus prodeſt, *l. 1. & 2. pro dona. P.* Sed id
non facit ſola donatio, ſed & temporis lapſus, ex negligentia do-
mini. Quæ in commercio hominum non ſunt, vt res ſacræ, reli-
gioſæ, donari nequeunt, *l. inter ſtipulantem, § ſacram, de verb. obl.
l. ſi in emtione, § omnium, de contrah. emt. P.* nec a perſonis, & præ-
latis eccleſiaſticis res eccleſiæ in præiudicium eius donari poſ-
ſunt, *c. 2. de dona. c. ea enim § ſui vero res, 10. q. 2. ca. exceptione, 12. q. 2.
titu. de reb. eccleſ. non alie. apud Gregor. in Sexto, & clem. 1. de non ali-
en. reb. eccleſ. in Auth. l. iubemus, cum ſuis authenticis, C. de ſacroſan-
2 ctis eccleſ.* ¶ Non † valet quoque donatio hereditatis viuentis ab
eo facta, qui ſe ſucceſſurum viuenti ſperat, *l. quidam in iure, 30. §.
fi. de don. P.* Quia pactum futuræ ſucceſſionis viuentis reproba-
tur, *l. pactum quod dotali, & l. fin. C. de pact. l. ſtipulatio hoc modo con-
cepta, de verbor. obli. l. ex eo, C. de inutili ſtip. cum ſimil.* tum quod in-
dignus hereditate cenſetur, qui ad eam viuente domino aſpira-
uit, *d. l. quidam in iure, § fin. & l. nam vt indigno, de don. P. l. 2. § fin.
de iis quibus vt indignis*, tum quod eius quod non eſt, nullæ ſint
qualitates, *l. eius qui in prouincia, de reb. cred. P.* viuentis autem
nulla eſt hereditas. Quare autem nihilominus retineantur do-
nationes, quæ in conuentionibus matrimonii fiunt de heredi-
tate futura, ſuo loco, Deo fauente, in vltimis voluntatibus, & te-
3 ſtamentis explicabimus. ¶ Iura † tamen quæ nobis competunt,
habent ſuſpenſam ex tempore exſecutionem, *l. 1. pro herede, P. l. 1.
de heredit. vel actio. ven. P.* & in ſpe quæ ſunt certa, poſſunt dona-
ri, *l. ſpem, C. de don.* non ſecus quam fideicommiſſum a nobis reli-
ctum & præſtandum ſub dubia conditione, *l. 1. C. de pac. l. de fidei-
4 commiſſo, de tranſactio. C.* ¶ Omnium † bonorum donationem,
præſentium & futurorum, nulla reſeruatione facta, verius eſt
non valere, *Barth. in l. ſtipulatio iſta, n. 6. de verb. obl. idem in l. ſi quis,
in principio, de lega. 3. & in l. fin. & ibi Cynus, C. de pact. Pan. in 2. par-
te conſiliorum conſ. 48. Bal. in l. fin. C. de pact.* Quia per illam clauſu-
lam, præſentium & futurorum, præcluditur via donanti, haben-
di heredis, qui non niſi aliquo lucro non præſumitur velle de-
functi adire hereditatem, *§ 1. de lege Falcid. l. quod de bonis, eod. tit.
P.* ita hoc donationis placitum, vt reliqua quæ adimunt teſtandi
facultatem improbatur, *l. ſi fratres, § idem reſpo. pro ſoc. P. d. l. ſtipu.
hoc modo concepta, de verb. obl.* Sed & inde votum improbatum
captandæ mortis viuentis, vt mox dixi, induceretur, *d. l. fin. C. de
pact. c. deteſtandæ, de præb. in Sex. c. 2. de conceſſ. præb. ap. Greg.* inſtar-
que prodigi hic videtur, qui profuſa liberalitate, omnia ſibi ade-
mit: & proinde exemplo prodigi, rata non erit eius alienatio, *l. 1.
de cura. furio. l. is cui bonis, de verb. obl. P.* nec auditur, ita perire vo-
lens, *l. non tantum, de appellationibus*, qui ſe omnibus bonis, & vi-
tæ præſidiis exuit, & priuat, vt nec is qui ſupra modum inconſi-
derate onerat promiſſione operarum libertatem, *l. 1. § quæ one-
randæ, quarum rerum act. non dat. l. 2. de oper. liber. in P.* ¶ Si tamen
5 fiat † donatio omnium bonorum præſentium, non tamen futu-
rorum, vel beſſis, vel alterius partis, recepta erit dummodo que-
rela inofficioſæ donationis non expugnetur, vel ne ſupra legiti-
mum modum fiat, *l. ſi quis argentum, § ſed et ſi quis, C. de donatio. l.
vt mihi donares, 21. & l. fideiuſſori eo. tit. l. pure, 1 § ſi domui, & § ſi e-
um, de dol. ma. excep. in P. lib. 44. titu. 4. toto tit. de inoff. don. C. l. ſi vn-
quam, de reuoc. C.* Sic enim poteſtas quærendi donanti in poſte-
rum relinquitur largitis omnibus facultatibus: & ſic videtur hic
donator omnium bonorum alicuius tantum partis ſucceſſor,
habita ratione futuri temporis, & quærendorum, vt non poſſit
conueniri a creditoribus donantis, vt communis eſt ſententia
interpretum, *Guiliel. Benedict. in c. Raynutius, in verb. cetera bona,
num. 46. de teſtament. gloſſ. in l. hereditatem, faciunt leges proxime ci-
tatæ.* Quia actio perſonalis non ſequitur fundum, nec bona, *l. 1. §.
ſi heres, ad Trebellian. l. æris, Cod. de donat. facit l. 2. Cod. de hered. vel
act. vend.* Et ita a curia ſuprema Aufrerius refert iudicatum, *in
tractatu areſtor. cap. 12.* ¶ Niſi † agatur a creditoribus, primum 6
contra donantem reuocatoria, veluti in fraudem creditorum
facta donatione, *l. vt mihi donares, 21. de donat. in P. gloſſ. in l. æris, &
ibi Bald. Salic. & Angel. § item ſi quis in fraudem, de act.* Ita ſi do-
nator eſt ſoluendo, vel heres eius prius bona eius, quæ poſſident
excutienda ſunt, quam perueniatur ad tertios poſſeſſores, *l. Mo-
ſchis, 47. de iure fiſc. P.* ſi autem ſoluendo non ſit, vel ſi nullus eius
heres ſit, ex æquitate agi poſſet directe contra donatarium et-
iam directa perſonali, nulla intentata reuocatoria, *arg. l. ſi mari-
tus, de fundo dota. in P. gl. in l. 2. de here. vel actio. ven. C.* Et ita ſerua-
ri teſtatur in curia ſuprema Gratianopolitana Guido Papæ. *que-
ſtion. 105.* vt euitetur conuentionem circuitus, quod in aliis rece-
tum, *l. dominus, de condiction. indebit. P.* Potiſſimum, vt ſcribit
Guilielm. Benedictus, quod in Gallia parui faciamus iuris ſole-
mnia, quæ vocat ceremonias, nec inſpiciamus actionum ine-
ptam conceptionem. Et conceduntur hodie literæ, ſeu codicilli
vocatioq; in ius in regno, contra heredes, & contra eos, qui bo-
na poſſident debitoris, quocunq; titulo poſſideant, ſi alius non
ſit, qui eius nomine non ſoluat, *Guiliel. Bened. ad dicta verba, ce-
tera bona, nu. 46. & 47.* Alibi Aufrerius *deciſ. capell. Tholoſ. 386.* poſt
Cynum *in l. 2. ad leg. Iul. de vi pub.* donatorem non teneri reſpon-
dere creditoribus donantis tradit, quando videlicet ſub nomine
quotitatis ex conuentione partium fit donatio, *vt in l. cum re, C.
de don. in l. omnes, § Lucius, quæ in frau. credit.* contra, ſi bona ad a-
lium deferantur, per modum quotitatis, ex diſpoſitione iuris, *d.
l. 2. ad leg. Iul. de vi pub.* vel ſub nomine hereditatis, *l. hereditatem,
de don. P. l. mulier bona, de iure fiſc. P.* aut ex reſcripto principis, *l.
princeps bona, & ibi Barth. de iure fiſc.* Idem Aufrerius tamen fate-
tur donatorem teneri pro donatariis, ſi illi debitores inuenian-
tur non ſoluendo, *Aufre. in d. q. 36. per l. plane ſi filium, § 1. de lega. 1.
& per l. 1. & 2. de here. vel actio. ven.* Verum nihilominus erit, per-
petuo onus æris alieni, ſingularis rei donatorem non ſequi, ſi a-
lia bona debitoris ſint, vel ſi ante contractum debitum donatio
fiat, *d. l. æris, 15. C. de dona.* & res donata, non erat obligata, *l. 1. § ſi
heres, ad ſenatuſ. Trebel. l. ſi fideicommiſſum, § tractatum, de iud.* Do-
nantur & remittuntur iura actioneſq; *l. ſi donationis, 8. C. de dona.*

## De Perſonis quæ donare poſſunt, & quibus donari licet, & de donationibus filiisfamilias factis. Cap. 9.

1 *Donantes domini eſſe debent rerum donatarum.*
*Donare quæ perſonæ poſſunt, & quæ non, eod.*
2 *Reus criminis quis donare, & de rebus ſuis diſponere poſſit.*
3 *Debitor quando donare poſſit, & quando Donatio in fraudem fiſci, & creditorum cenſeatur facta.*
*In fraudem creditorum quando cenſeatur donatum, eod.*
4 *Donare poſſunt Mutus, Surdus, Senex, &c.*
5 *Per ſe, per alios per epiſtolam, per nuntium, &c.*
6 *Meretricibus donatio num fieri poſſit valide.*
*Donari quibus perſonis poſſit, eod.*
7 *Abſenti facta donatio quomodo valeat.*
8 *Donare ſibi nemo poteſt.*
9 *Donatio filiofamilias fieri non poteſt.*
10 *Aduentitiorum vſusfructus patri quæſitus etiam hodie, profectitia bona etiam hodie, quod pertinet ad proprietatem, a filiofam. patri quæruntur, eod.*
11 *Donatio filiofam. facta a patre, cur non valeat.*
12 *Valeat autem facta Emancipatis.*
12. & 13. *Donatio filiofam. facta a patre, morte & emancipatione firmatur.*
14 *Dotis & donationis in filiumfam. diſtinctio.*
15 *Donatio cauſſa militiæ & ſtudiorum cauſſa filiofa. facta, non imputatur filio in legitima, & valet vt irreuocabilis.*
16 *Donatio filiofamilias recte a patre fit ob bene merita, & quæ ſint illa.*
17 *Donatio filiofam. facta fauore matrimonii valet vt inter viuos: ſed conferenda, ſi ſuccedere velit patri.*
18 *Donationes cauſſa mortis non conferuntur.*

PERſonæ † quibus licet munificentiam exercere, proculdubio 1
domini rerum donatarum eſſe debent, *l. portionem propriam,
12. C. de dona.* mentis compotes, *l. Modeſtinus, 23. § fi. eo. titu. P.* ſuo-
rum bo-

rum bonorum legitimi moderatores, ſine interdictione, *l. is cui*
*bonis, de verbor. oblig. l. 1. C. de cura. furioſ.* non filiusfamilias, qui niſi
patris permiſſu donare non poſſunt, etiam ſi peculii habeant
adminiſtrationem, *l. 2. & l. filiusfami. 7. & l. in adiv. 9. §. quod filius-*
*familias, de dona. in P. l. ſi filiusfami. ad ſenatuſc. Macedo. P. l. contra*
*iuris ciuilis regulas, §. ſi filiusfa. de pact. P.* non minor 25. annis, *l. fi. ſi*
*maior fact. alien. ra. hab. C.* non qui crimen maieſtatis humanæ
imminutæ admiſit, etſi adhuc damnatus non fuerit, vel accuſa-
tus adhuc, *l. poſt contractum, & l. donationes, 32. §. fi. de don. P. l. fin. ad*
2 *leg. Iul. maieſt. C.* ¶ Idem † & in reo diuinæ maieſtatis, ſeu in hæ-
retico, *l. auth Gazaros, C. de hæret. c. cum ſecundum leges, eod. tit. in*
*Sex.* alioquin poſt contractum aliud capitale crimen, donatio
facta ante rem iudicatam, irreuocabilis eſt, *l. poſt contractum, 15.*
*de don. & l. ſi aliquis, 7. de mor. cau. don.* maxime ſi moriatur reus
ante condemnationem. Quia mors omnem reatus accuſatio-
nem, paucis exceptis, exſtinguit, *l. 1. & l. defunctus, ſi reus vel act.*
*mort. fuer. C.* vel ſi reus factus abſoluatur, *l. licet, §. 1. nautæ caupo.*
*ſtab. P.* Neque ex eo quod crimen quiſpiam admiſit, ſtatim ad-
miniſtratione & dominio rerum priuatus eſt, vel interdicta cen-
ſetur ei rerum ſuarum tractatio, *in l. reo criminis, de ſolutio. P. l. ſi*
*forte, §. quid ergo, eo. tit.* quia ante condemnationem præſumitur
innocens, *l. quoties, §. qui dolo, de dolo,* & quilibet bonus, niſi con-
trarium appareat, habetur, *l. merito, pro ſoc. P. c. fin. de præſcri. per ra-*
*tionem, l. fi. C. de proba.* Niſi conſtiterit reum, veluti conſcientia
ſceleris tortum, cum ſupplicium ſibi inſtare & parare videret, in
fraudem fiſci, in quem bona perueniunt, donaſſe: tunc enim do-
nata reuocantur, *l. ſi in fraudem, de iure fiſc. P. l. ſed ſi maritus, § fina.*
*qui & a quib. manu. libe. non fiant, §. in fraudem, de actio.* non enim
malitiis hominum indulgendum, *l. in fundo, de rei vin.* ¶ Cete-
3 rum † in fraudem præſumitur donaſſe, 1. ſi omnia bona ſua do-
net, *l. omnes, §. Lucius, quæ in fraudem creditor.* 2. ſi donet coniun-
ctæ perſonæ, *l. dam, C. de dona.* 3. ſi debitor reperiatur poſſeſſor
poſtea rerum donatarum, *l. pignus, § ſuperuacuum, quibus mo. pign.*
*vel hypo. ſol.* 4. Si clam fiat, vicinis ignorantibus, *l. non exiſtimo, de*
*adminiſtra. tuto. l. fin. de rit. nup. P.* 5. Si ſtatim poſt donationem
crimen fieret, *l. ventre, § fi. de priui. credit. P.* 6. Si donatio fiat ſub
conditione, ſi bona publicentur, *arg. l. fin. de ſtip. ſeruor.* Ceſſat ta-
men fraudis præſumtio, ſi is qui dedit, & ſine crimine fuiſſet do-
naturus, *l. ſi. iuncta l. 1. de requiren. reis.* Condemnatione autem fa-
cta, per quam bona deferuntur fiſco, non valebit donatio: quia
iam tunc bonorum ademta eſt reo adminiſtratio, *l. ex publico-*
*rum, de accuſatio. l. vni. pœn. fiſcal. cred. antefer. lib. 10. C.* ſcilicet ſi
condemnatio ſit ex ſententia, quæ tranſit in rem iudicatam, *in l.*
*chirographis, §. fi. de admin. tutor.* alioquin ſi appellatum a ſenten-
tia ſit, a condemnatione, interim donec ſupremo decidatur
cauſſa iudicio, donatio poteſt fieri, *l. 1. §. fin. ad ſenat. Turpil.* quia
appellatio ſuſpendit iudicatum, *l. furti, §. fi. de iis qui notant. infam.*
*P.* Et quamuis prouocatum a ſententia condemnationis non ſit,
placuit & interpretibus, intra decem dies, qui conceſſi ſunt ad
appellandum, poſſe donationem fieri, *gl. in d. l. ex publicorum, in*
*verbo ſecum. Antonius Corſetus, in ſing. appellatio. facit c. ſi ſolum, &*
*ibi Philip. Franc. de appell. & l. ſi quis filio, §. ii autem omnes, de inoff.*
4 *teſta.* ¶ Mutus † & ſurdus donare non prohibentur, *l. qui id quod,*
*34. §. mutus, de dona. P. l. in quibuſcunque, de actio. P.* quia conſenſu
donatio fit: niſi a natura quis mutus & ſurdus ſimul eſſet, nec in-
telligere poſſet quod fieret. *glo. in d. § mutus, in verb. donare cum*
*prohibetur, per l. diſcretis, C. de teſtam.* Idipſum in Sene conſidera,
vt is qui mente conſtat donare poſſit, qui autem delirare & deſi-
pere incipit, non poſſit, *l. ſenectus, 16. C. de dona. l. ſanum, de tranſ-*
5 *act. C. l. ſenium, qui teſta. face. poſſ. C.* ¶ Subinde † & per nos ipſos, &
per interpoſitam perſonam donatio conſummari poteſt, *Pompo-*
*nius in l. 4. de don. in P.* per nuntium, & inter abſentes, & per epi-
ſtolam, *l. nec ambigi, 6. & l. ſi aliquid, 13. C. eo. tit. de dona.* nemo ta-
men vel inuitus, donare dicitur, *l. nec ignorans 10. C. eod.*
6
¶ Conſiderantur † quoque perſonę in donatione, quibus da-
tur, cum non omnes capaces ſint: etſi tales præſumantur, niſi
ſpeciali prohibitione excipiantur. Itaque donationes affectio-
nis cauſſa factæ, neque honeſtæ, neque inhoneſtæ, ſunt prohi-
bitæ. Honeſtæ, erga bene merentes amicos vel neceſſarios: in-
honeſtæ, circa meretrices, *l. affectionis, 5. de donat. l. donationes, 32.*
*eo. tit.* in extraneos: & ſæpe ignotos, *l. in extraneos, 29. C. de don.* Et
affectio dantis potius, quam perſona cui datur conſideratur. Ne-
que meretrices, quia turpiter viuant, turpiter ideo accipere vi-
dentur, *l. 4. §. ſed quod meretrici, de cond. ob turp. cauſ.* Si tamen
donationes in meretrices conferantur, vt copiam ſui corporis
faciant, vel vt luxurioſe viuant, Chriſtianum eſſe non arbitror
has probare donationes, veluti ab omni virtute & iuſtitia alie-
nas: & a meretricibus, vt pauperibus vel fiſco deſcribantur, eſſe
extorquendas, vt turpitudinis fomitem & incendium. Quem-
admodum traditum quoq; iure ciuili, eum mandati agere non
poſſe, qui meretrici ex mandato dedit, *l. ſi vero non remunerandi,*
*§. ſi adoleſcens, mand.* & a minore factam huiuſmodi donationem
inutilem, *l. ſi quis cum ſciret, pro emtor. in P.* vt a milite in focariam,
*l. 2. de dona. inter vir. & vxor. C. l. miles ita heredem, § mulier, de mi-*
*lit. teſta. l. mulierem, ca. de his quib. vt indig.* nec ſpurio, *l. 1. C. de na-*
*turali.* Multo magis etiam prohibebitur perſonis eccleſiaſticis;
quæ militant ſub nobilioribus ſignis, in exercitu Dei bona ec-
cleſiæ pauperum alimentis derelicta, in ſcorta, & nefarios filios
profundere, maximo cum religionis ſcandalo, quo ſummopere
hodie concutitur eccleſia Dei, quæ huiuſmodi hominibus ille-
gitimis regitur, & quos tulit ætas patribus vitioſiores, vt digni
duplici & maximo honore ſint viri pii catholici, præfecti ſacris,
quod poſſint, inter tot indignos, & inter tot tenebras lumen ſu-
um incontaminatum præferre nobis. ¶ Donatur † recte & ab- 7
ſenti, *l. nec ambigi, 6. C. de dona. c. ſi tibi abſenti, de præb. in Sex.* & pu-
pillo ſeu infanti, alio pro illis acceptante, *l. ſi quis, 26. C. de don.*
¶ Sibi † tamen nemo donare poteſt, cum debeat eſſe diſtinctio 8
inter dantem & accipientem, *l. fi. de inſtitutio. ap. Grego. l. 1. de au-*
*ctorita. tutor.* quodque ſemel meum eſt, amplius meum fieri non
poteſt, *§. ſic itaque diſcretis, de actio. l. nemo rem ſuam, de verb. oblig.*
vt neq; in ciuili, aut naturali obligatione, quis pro ſeipſo fideiu-
bendo obligari poteſt *l. heres a debitore §. ſeruo tuo, & §. quod ſi ſti-*
*pulator, de fideiuſſ. P.* ¶ Proinde cum † filius & pater pro eadem 9
habeantur perſona, durante patria poteſtate, *l. fi. C. de impub. §. ei*
*vero, de inutil. ſtip. l. cum ſcimus, de agric. & cenſit. lib. 11. C.* non valet
donatio, quam pater filio in ſacris conſtituto facit, *l. donationes*
*quas parentes, 25. de don. inter vir. & vxor. lib. 5. C. tit. 16. l. 2. C. de inof-*
*fic. teſta.* redit enim quod huic dedit ad ipſum recta via, quicquid
enim filiusfamilias quærit, patri ſtatim quæritur, *l. placet, de ac-*
*quir. hered. P.* ¶ Sic † qui ſic ſoluit, vt ſtatim repetat, non videtur 10
ſoluiſſe, *l. qui ſic ſoluit, de ſolut. in P. l. non videtur, 51. de reg. iur. in P.*
Siquidem vt eximie Paulus Caſtrenſis annotat, *in l. 2. C. de inof.*
*don. nu. 2.* quanquam hodie ius antiquum ſit mutatum in acqui-
ſitione aduentitiorum, vt ea non quærantur vltra vſumfructum
patri, *in l. cum oportet, de bo. quæ lib. C.* tamen quod pertinet ad
profectitia, id quod ex re patris filiis aduenit in poteſtate conſti-
tutis, ex integro patri quærunt, & antiquum ius incorrectum
remanet. ¶ Quæ † enim, inquit Iuſtinianus, inuidia eſt, vt ſi quid 11
ex re patris obueniat hoc ſecundum antiquam obſeruationem
totum parenti acquiratur, *§. igitur, verſ. ſancitum, per quas perſ. nob.*
*acq.* neq; quicquam magis profectitium dici poteſt, quam quod
ab ipſo patre procedit, *l. profectitia dos, de iu. dot.* vt certe hac rati-
one pater nõ donaſſe filiofamilias inter viuos, ſed poſt mortem
ſuam deſtinaſſe poſſidenda videatur, *l. cum de bonis tuis, 11. C. de*
*don.* Antoninus Cæſar nec inter eas quidem perſonas, quarum
iuri ſubiecti ſunt vir & vxor, qui, quęve in eorum poteſtate ſunt,
donationes iure ciuili fieri poſſe reſcripſit, *l. nec inter, 4. C. de don.*
*inter virum & vxor.* quod & firmat Alexander, *l. ſi vt propoſuis, 5.*
*C. eod.* ¶ In † emancipatos autem poſſe fieri donationes non am 12
bigitur, *l. ſi quis in emancipatum, C. de don.* Nec intereſt emancipa-
tuſne fuerit filius, cui donatur, quando fit donatio, an ſuus: dum-
modo ſi facta ſit ſuo, antequam eum emancipauerit, in donatio-
ne perſeueret, *l. ſiue emancipatus, C. de donatio.* Sicuti enim † mor- 13
te patris firmatur donatio filiofamilias facta, eo vſque ad finem
perſeuerante, *dicta l. donationes quas parentes, C. de donatio. inter vi-*
*rum & vxor. & l. cum oportet, §. ſi autem, de bonis quæ liber. C.* eo-
dem modo & emancipatione, quæ pro morte habetur, quod ad
effectum ſolutionis poteſtatis paternæ pertinet, vt liquet ex
Galli Aquilii formula, *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, de liber. &*
*poſthumis, P. & §. præterea quibus mod. ius patr. poteſta. ſol.* Si volun-
tate patris emancipatus poſſideat rem: conſenſus quippe indu-
cere videtur nouam donationem eiuſdem rei, *l. cenſualis profeſſio,*
*§. 1. C. de don. l. donationes in concubinam, §. pater de dona. P.* ¶ Sic o-
pinor † in l. Pomponius Philadelphus, familiæ erciſcundæ iure 14
illo filiã habere præcipuã dotem a patre acceptã vt donatam, q
pater decedẽs iure legati id ſtatuerit, mandãs reditus prędiorũ in
dotem datorũ genero ſolui. Et liquet etiã dotis cauſſam aliam a
donatione eſſe. Siquidẽ, vt omni donatio nullo iure cogẽte fit,
*l. 1. & l. donari, de dona. P. l. donari, de reg. iu.* at dos a patre, etiam in-
uito, filiæfamilias conſtituenda eſt, *l. qui liberos, de rit. nup. P.* vt r. o

videam cur voluerint interpretes cauſſam hanc dotis excipiendam a regula, quæ prohibet donationem fieri filio filiæve familias: cum hæc exceptio non fit a regula, ſed caſus proculdubio diuerſus: potiſſimum cum dos non tam filiæ, quam marito, qui extraneus patri eſt, concedatur, pro oneribus matrimonii, *l. dotis fructus, & l. quamuis de iure dotium, P. l. pro onerib. C. eo. l. doce ancillam, de rei vind.* quæ ſuſtinet, patriſque loco qui filiam alere cogitur, *l. ſi quis a liberis, de liber. ag.* nutrit, vt is dotem poſſidere adhuc videatur cum filia, non titulo donationis, ſed cum onere,
15 & pro mercede & expenſis. ¶ Iiſdem † fere de cauſſis, ad exceptionem regulæ reuocandum non cenſeo, militiæ cauſſa data a patre, quæ non infirmantur, *l. ſi filiusfamilias, C. fam. erciſc. l. 1. C. de caſtrenſ. pecu. mili. li. 12. l. 4. de caſtrenſ. pecu. P.* vt nec ea, quæ ſtudiorum cauſſa ſubminiſtrauit, *l. quæ pater, 2. famil. erciſc. P.* nam hæc æquum non eſt imputari filio, quod ex officio & debito paterno facta ſint. Debet enim pater filiis, non tantum alimenta corporalia, verum etiam & ſpiritualia, & artem modumque viuendi, vt alibi docuimus, *li. 2. præludiorum optimi Iuriſconſ. ca. 40. & 41.*
16 ¶ Et † placuit etiam interpretibus, donationem liberis in poteſtate conſtitutis, valide nec exſpectata donantis morte, fieri poſſe propter benemerita: quia illi tunc conſiderantur vt extranei, non vt filii, *gl. in l. ſi donatione § postulas, de coll. C. Pau. Caſtren. in l. 2. C. de inoff. don.* Benemerita legitima eſſe poſſunt, quæ iuſtæ manumittendi cauſſæ putantur, vt ſi patrem iuuerit in vitæ diſcrimine, contra latrones, in bello: ſi inſidias in eum detexerit: ſi ſanauerit, & his ſimiles, *l. etiam, verſ. 1. & l. iuſta, de manumiſ. vin.* Poteſt & pater aſſerere donando, filium bene de ſe meritum, etſi cauſſam non exprimat, eique creditur, *l. ſeruos, de manumiſſ. te-*
17 *ſtament.* ¶ Rurſum † receptum eſt, donationem filiofamilias factam, fauore matrimonii, valere ſtatim, vt donationes aliis factas *explicat & ita iudicari docet Guido Pap. deciſ. 145. Bart. Chaſſa. ad rub. des biens appartenantz a gens mariez, verſicu. quinto, quia licet donati, &c. ad conſuetudin. Burgund.* Veruntamen debet hæc donatio conferri cum fratribus, poſt mortem patris, ſi velit vna cum illis patri ſuccedere, *Barth. Chaſſan. ad §. 5. ad verba, le teſtateur par teſtament, in 4. regu. verſi. aduertendum eſt, ti. des ſucceſſi-*
18 *ons, in conſuetudi. Burg.* ¶ Cum † tamen donatio cauſſa mortis, vel alia quæ filiofamilias fit, & confirmatur morte tantum, & ſilentio patris, non debeat conferri, quia habeat vim relicti, *Chaſſan. in d. 4. reg.*

## De Donationibus inter virum & vxorem.

### Cap. 10.

Lib. 5. C. tit. 16. 24. P. tit. 1. Decretal. lib. 4. tit. 20.

1 *Donationes inter coniuges cur non valeant.*
2 *Amor nimius ſpoliat facultatibus amantes.*
*Amoris vis, eod.*
3 *Coniugum contractus præter donationes valent.*
4 *Matrimonia venalia eſſe non debent.*
5 *Fœminæ facile decipi poſſunt.*
6 *Liberorum educatio iuſſa coniugibus.*
7 *Amor verus ſolis animis conſtat.*
8 *Donatio facta a plebeio vxori nobili, vel a ſene vxori iuueni, quare valeat.*
9 *Vxoris iuuenis cum ſene viro periculum.*
*Vxorem licebat mutuo dare ad ſobolem concipiendam ſenibus lege Lycurgi, eod.*
*10. 11. 12. 13. 14. & 15. Donatio inter coniuges in quibus caſibus valet.*
*10. & 11. Monilia, & xenia ſeu ſtrenas recte vxori maritus donat.*
*10. & 12. Donatio marito ab vxore facta dignitatis habendæ cauſſa, cur valet.*
16 *Donationum a principe factarum priuilegia.*
17 *Donatio ob reparationem exuſtæ domus vxoris valet.*
18 *Lana vnde veſtes conficiat vxor recte vxori a marito donatur.*
19 *Veſtes quas vxor accepit a marito viuo, an relinquantur eidem poſt mortem mariti.*
20 *Donatio inter coniuges, quomodo morte ſecuta, traditione confirmetur.*
21 *Donatio propter nuptias, pendente matrimonio inter coniuges facta, cur valeat, & num. 22.*
23 *Donatio inter ſponſos de præſenti, an valeat.*
24 *Dotem num lucretur maritus, moriente vxore ante conſummationẽ matrimonii: aut vxor incrementũ dotis, moriente marito.*

1 RAtione † perſonarum quoque prohibetur donatio inter coniuges, pendente matrimonio, *l. pen. C. de dona. inter vir. & vxo. C. l. 1. 2. 3. eo. tit. P. c. ſi. eod.* & directe, & per obliquum, *l. creditor, C. eod. tit. l. ſi vir vxori, eod. P.* Atque quo tempore coniuges non ſunt, donatio facta, in tempus nuptiarum relata, non valet, *l. 1. & l. quod ſponſæ, de donat. ante nupt. C. lib. 5. tit. 3. l. cum hic ſtatus, § ſponſus, de donat. inter vir. & vxor.* Hoc autem receptum eſt, inquit Vlpianus, ne mutuo amore inuicem ſpoliarentur donationibus non impetrantes, ſed profuſa erga ſe facilitate abutentes, *l. de don. int. vir. & vxo. P.* In qua ratione videntur contraria contineri, nempe profuſa liberalitas, quæ ex amore nimio eſt, & amore ſe ſpoliare: quæ tamen vera ſunt, & non ſimul quidem concurrunt, ſed ſe conſequuntur: nam primum amor nimius profuſam facit liberalitatem: inde autem paupertas & inopia: ex inopia demum amicitiæ deliquium. ¶ Inprimis † enim, vt vul- 2
gari prouerbio dicitur, πράσου φύλλῳ τὸ ἐρώντων δέδεται βαλάντιον, id eſt, *porri folio ligantur marſupia amantium.* Sic Imperator Antoninus, milites meos, inquit, a focariis ſuis, fictis adulationibus, facultatibus ſuis ſpoliari nolo, *l. 2. de dona. inter vir. & vx. C.* & ſæpe vxoria delinimenta, mutant: imo vero corrumpunt vſque adeo mentem & voluntatem maritorum, vt adigant eos iudicium ferre contra proprium ſanguinem, teſte Caio, *in l. non eſt conſentiendum, 4. de inoffi. teſta. in P.* Et contra, ſermone maritali, & blanditiis facile procuratur vxoris liberalitas, *l. fi. ſi quis aliq. teſt. prohibuer. C. l. ſi. eo. tit. in P. Nihil eſt,* inquit Iuſtinianus, *furore amoris vehementius, quem retinere eſt Philoſophiæ perfecte monentis, §. illud quoque, qui. mod. natu. efficiant. leg. coll. 6. Me tamen vrit amor, quis enim modus adſit amori?* inquit alius, *Virg. eclog. 2.* Infelix certe cupiditatis captio, quæ & propriam perſonam, omni ſubſtantia cariorem, proſtituere ſuadet, vt miſericordia factum viſum fuerit dignum, *l. 1. de ſenatuſcon. Claud. C. §. fin. de ſucceſſio. ſub. quæ fieb. per bonorum vendi.* & quo ardentius quis diligit, eo profuſior in amatum eſt: & ita, non vt inter maleuolos & infeſtos prohibita hæc donatio, ſed vt inter coniunctos, ne nimio affectu alter fiat pauperior, *in l. ſi id quod, §. ſi quis, & l. ſed ſi vir, §. quod legitur, de dona. int. vir. & vx. P.* Quia amoris profuſi, potiſſimum venerei, filia eſt inopia, ſecundum Plautum *in proœm. Trinumi.* Et vt canit Ouidius 1. *de Arte:*

*—inuenit artem.*
*Fœmina, qua cupidi captat amantis opes.*

Plautus rurſum ſignificantius explicat *in Turculento:*

*Velut meretrix meum herum ſua blanditia intulit*
*In pauperiem, priuauit bonis, luce, honore, atque amicis.*
*Diuitiis alitur luxurioſus amor, Ouid. 2. de reme. Amor.* Et,
*Diligitur nemo niſi cui fortuna ſecunda eſt, Ouid. 1. de Ponto.*

Et proinde diruto fundamento facultatum, amore ſe ſpoliat.

*At vulgus infidum, & meretrix retro*
*Periura cedit: diffugiunt cadis*
*Cum fæce ſiccatis amici,*
*Ferre iugum pariter doloſi, Horatius lib. 1. carm. Ode 35.*

Quamobrem & diſſolueretur his liberalitatibus, ſuccedente inopia, coniugum affectio, quæ vix coire poteſt, ſi ea adſit. Notum enim,

*Cur nemo eſt Hecalem, nulla quæ cœperit Irum?*
*Nempe quod alter egens, altera pauper erat, Ouid. 2. de reme. Amor.*

¶ Sic † omnes contractus alios inter coniuges hoc excepto, per- 3
miſſos non ignoramus, ſi in fraudem prohibitionis donationum non fiant, quod illis non reddantur pauperiores, *l. ſi ſponſus, §. circa, de dona. inter vir. & vxor. P. l. ſi vir vxori, eod. tit.* Satiuſque viſum inuenires mature coercere calores, ne cupiditati dediti coniuges, triſtem exitum ſentiant, *l. fin. §. filius autem, de bo. quæ*
*lib. C.* ¶ Accedit † ratio Sexti Cæcilii, quia ſæpe futurum eſſet, vt 4
diſcuterentur matrimonia, ſi non daret is qui poſſet: atque ea ratione euenturum, vt venalia matrimonia eſſent, *l. 2. de dona. inter vir. & vxor. P.* nec libera contra iuris regulas, *c. gemma, de ſponſa. l. 2. C. de inut. ſtip. l. ſi ita ſtipulatio. 9. & l. Titia, 134. de verb. obl.* quamquam pro reparando diuortio matrimonii, donatio non fuerit
improbata, *l. vir mulieri, 75. de don. int. vir. & vx. P.* ¶ Forſan † & 5
alia efficax ratio prohibitionis, propter fragile conſilium quod facile ad donandum a maritis allici poſſent, *§. 1. verſi. etſi conſentiat, vt immob. ante nup. dona. iur. hypoth. dent. coll. 5.* facilis enim ad decipiendum mulier, *l. quæſitum, de æqual. dot. in Auth. col. 7. Ariſtote. lib. 9. de animal. in princip. l. cum multæ, de don. ante nup. C.* Et vt Hero Ouidiana ſcribit,

*Vt corpus tenerum, ſic mens infirma puellis,*
*Fortius ingenium ſuſpicor eſſe viris.*

Et

Et Fauſtus *in 4 Liuiæ:*

*Scilicet iſta fuit veterum natura virorum,*
*Fallere fœmineum, credula corda, genus.*

Quia vt ſcribit de Neæra Tibullus *lib. 4.*

*Sed flecti poterit: mens eſt mutabilis illi.*

vt certe eſt varium & mutabile ſemper fœmina, *Virgi lib 4. AE-*
*nei. c. forus, de verbo ſign. can. de viduis, in 2. 27. qu. 1. l. ſi C. de inoffi te-*
6 *ſta.* ¶ Paulus † adhuc & aliam rationem huic prohibitioni do-
nandi coniugibus adfert, ne ſi permitteretur, adimatur coniu-
gibus ſtudium liberos potius educandi, *in l. 2. de donat. inter vir.*
*& vxo. P.* Vlpianus & moribus receptum eſſe, ne donatio hæc
7 valeat inter viuos coniuges ſcribit, *Vlpia. in l. 1. eo. tit.* ¶ Et † ite-
rum ex Antonini Auguſti oratione ſubiicit, *in l. 3. eo. P.* maiores
noſtros inter virum & vxorem donationes prohibuiſſe, quod
amorem honeſtum ſolis animis æſtimarent, famæ etiam con-
iunctorum conſulerent, ne concordia pretio conciliari videre-
tur, neve melior in paupertatem incideret, & deterior ditior fie-
ret. Equidem & ratione iſtius famæ coniunctorum, opinor, pro-
pter futurum matrimonium coniungendum donatum ab al-
terutro coniugum, non habere vim donationis, *l. ſi ita ſtipulatus*
8 *fuero, 97. §. ſi tibi, de verbor. oblig.* ¶ Niſi † vxor eſſet nobilis & in-
ops, maritus autem qui ei donat, eſſet plebeius & diues: aut illa
iuuenis, hic autem ſenex, *Franciſ. Curtius conſil 0 6. Boerius ad §. 1.*
*de conſuetud. matrimonii & dotis, in conſuetudi. Bituriguum, Bart.*
*Bal. & Iaſon in l. ſi ita ſtipulatus, §. ſi tibi nupſero, de verb. obl.* tunc e-
nim non eſſet ſimplex donatio, quæ hic prohibetur, ſed remu-
neratoria, quæ admittitur etiam erga perſonas, quibus alioquin
donari non poteſt *l. ſi pater, § fi. & l. Attilius, de don. in P.* Porro no-
bilitatis cauſſa non eo pertinet, vt propter matrimonium nobi-
lis plebeius fiat: ſed propter affinitatem coniunctarum perſona-
rum nobilium, quæ ex matrimonio naſcitur, *l. 4. de gradib. affini.*
alioquin tantum abeſt, vt nobilitatem ſuam viro mulier com-
municet, quin contra iuncta plebeio, plebeia fit, quandiu mariti
vtitur vinculo & lege, *l. 1. de dign. li. 11. C. l. mulieris, eo. l. ſin. de inco-*
*lis, lib. 10. C. §. ſin autem, de conſul. in Authent.* & ratione ſexus maior
eſt quilibet homo, cuiuſcunque dignitatis mulieribus, *l. 1. de ſe-*
*nator. in P.* Porro quod de iuuene vxore dicitur, quod ſenis viri
in eam admittatur largitio, exemplo iuuari poſſet Sunamitidis,
dictæ Abiſag, quæ ſpecioſa conquiſita curioſe fuit, iuuenis, vt
dormiret cum Dauide rege, vt frigiditatem ſenectutis calefaceret,
*3. Reg. c. 1.* Et donatio hæc, huius rei cauſſa, potius ad retinen-
dum matrimonium videtur admittenda, ac illæ quæ fiunt, di-
uortii ſubterfugiendi gratia, *Hermog in l. vitricus, § fi. & Caius in*
9 *l. vel propter, de don. inter vir. & vx.* ¶ Veruntamen † putarem cō-
ſultius facturos ſenes, ſi a iuuenibus ducendis abſtinerent: res e-
nim habet periculū caſtitatis. Et verendū, ne illæ ſibi contra præ-
ceptum, non mœchaberis, Lycurgi legē amplectantur, qua per-
miſſum aliquando ſeniori viro, vxori iuueni probū & honeſtum
adoleſcentē admiſcere, & vbi eam generoſo illius ſemine com-
pleſſet, ſuum ipſius quod natū eſſet efficere, vt narrat Plutarchus
*in vita Licurgi.* Abhorrere autē debet ab hac ſententia ingenuus
& Chriſtianus vir: cum neq; concubinos neq; iſtos emiſſarios fi-
10 des noſtra patiatur. ¶ Sed † prætermittendi caſus non ſunt, qui-
bus donatio inter coniuges procedere poteſt, *l. ſi quidem, 13. § 1. de*
*don. int. vi. & vx. C.* in quibus tamen, ſi ſerio cauſſa perpendatur,
apparebit, non tam iure donationis inter viuos, quātum alia ra-
tione firmari. Et inprimis, ſi maritus in annos ſingulos, vel men-
ſes vxori proprii vſus gratia promittit, ſi ex ea cauſſa numi ſoluti
erogati ſunt, non datur repetitio, *in l ſicut ceſſat, 11. C. de don. inter*
*vir. & vx. l. ex annuo 16. cum 2. ll. ſeqq. eo. ti. P.* Non quidem ꝙ pro-
miſſio & donatio ſit valida inter viuos: nam hoc falſum eſt, ete-
nim pro ea promiſſione mulieri non competit petitio, *d. l. ſicut,*
quæ tamen competit ex valida donatione, *l ſi quis argentum, §. ſin*
*autem, de don. l. qui ex donatione, eod. P.* ſed non competit repetitio
conſumtorum, quod mulier in vſus ſuos conuerterit, & ita im-
penſa marito reputantur, qui onera matrimonii ſubire cogitur,
*l. quod in vxorem, de neg. geſt. C. l. quod nulla, de relig. & ſumti. funer.*
11 *P.* ¶ Et quæ † maritus vxori tradit, vt comptior ornatiorve eſſet,
ſua cauſſa potius, quam vxoris, tradidiſſe dicitur. *l ſi vt certo, §. in-*
*terdum, commoda. P.* Si ex annuo donato vxori ea ratione quid
ſupereſt, anno elapſo, reuocatur, *d. l. ex annuo.* Quamobrem hæc
donatio, nec proprie liberalitatem habet, nec inde alter coniu-
gum pauperior redditur: neq; etiam improbat lex xenia & ſtre-
nas, quas Calendis Ianuariis vxoribus donant mariti: ſi quid au-
tem donatur vt in vſus ſuos conuertat contra, *l. ſed ſi vir, §. ſi vir*
*vxori numus, de donat. int. vir. & vx. P.* ¶ Secundo, † probant iura 12
donationem, quam in maritum vxor facit obtinendæ dignitatis
cauſſa *l quod adipiſcendæ, 41. cum 2. ll. ſeqq. de donat. inter vir. & vx.*
*P. Vlpia. in titu. ii tit. 7.* qua donatione vxor pauperior non cenſe-
tur facta, imo ditior: quia ex dignitate mariti ſplendor, & honor
vxori accedit *§. fi. de conſulib. in Auth. l. fœminæ de ſenator. P. l. 1. & l.*
*mulieres, de dignit. lib. 11. C. l. fi. de inco. lib. 10. C.* quo magis ſæpius,
quam mariti delectantur, vt quæ ceteris præferri natura deſide-
rent, vt honore ſolo potiantur, onere interim maritum dure
premente, propter onus quod ſuſtinent, qui habent dignita-
tem, *l. 1 § ne caſtrenſe, de col. bonor.* Et ita ſatis compenſata videtur
mulieris pecunia, cum honore, viro induſtriam, illi pecuniam
contribuente ſocietati, *l ſi non fuerint pro ſocio, in P.* ¶ 3. Caſus no-
tatur † in donatione ſerui, facta vxori, ea lege vt manumittatur, 13
*l. quod autem, § fi. de don. inter vir. & vx. P. Iul. Paul. lib. 2. recept.*
*ſententia. tit. 24.* quæ probatur: quia non inde mulier ditior fiat,
quæ tamen nudum miniſterium manumittendi habet, *l. Sulpi-*
*tius Marcello, de dona. inter vir. & vx.* ¶ 4 In † donatione ad ſe- 14
pulcrum coniugis, *l. ſi ſponſus, 5. §. conceſſ. de do inter vir & vx.* quę
tamen ſpecies donationis ad pietatem & tempus poſt mortem
referenda eſt quo non fiet locupletior coniunx, *in d. l. ſi ſponſus,*
*§. fi.* ¶ 5. Conſtituitur † in marito, qui rogatus de reſtituenda he- 15
reditate certa ſumma retenta vxori reſtituit nullo retento, vt id
donationis iure valere dicatur. Quod tamen Vlpianus magis ad
plenam fidem reſtitutionis pertinere, quam ad donationem ar-
bitratur. Quia, inquit, ſæpe credimus aliquid defunctum voluiſ-
ſe, & tamen non rogaſſe *l. ſiue vxor, de donat. inter vir & vxo.* Sex-
tus, vt valeat donatio facta marito ea lege, vt filiæ communi in
dotem det: verum tunc tantum valeat, quando in dotem dede-
rit, non ante. Et ſic cauſſa dotis illam ſuſtinet, *l. profectitia, § ſi quis*
*certa, & l. cum vxor, de iure dot. P.* Et nullum lucrum ex ea apud
maritum remanet, *l. ſi conſtante, 10. de don. int. vir. & vxo. C.* neque
prohibita eſt donatio quæ fit a matre, conſtante matrimonio, in
filium vel filiam, ſed permiſſa, *l. pen. C. de dona. inter vir. & vxor.*
¶ Septimus, † in donationibus quæ inter Auguſtum & Augu- 16
ſtam fiunt conceſſis, *l. princeps, de legib. P.* neque illud rationem
obſcuram habet: quod princeps ſolutus ſit legibus, *l. omnium, de*
*teſtam. C.* & quod eius præſentia iuris ſolemnia ſuppleat, *l. cum*
*multa, de bon. quæ liber. C.* Habentq; alia priuilegia donationes a
principe factæ etiam in priuatos, vt non quærantur vllo modo
patri: vt enim principalis fortuna ſupereminet omnes alias, ita
oportet principales liberalitates culmen habere præcipuum, *l.*
*ſancimus, §. 1 C. de don.* Quare recte Cæſares, quæ ſibi vindicant
in his donationibus dicunt eſſe merito priuilegia Qui enim ſuis
conſiliis, ſuiſq; laboribus, pro toto orbe terrarum diu noctuque
laborant, quare non habeant dignam ſua prærogatiua fortunā *l.*
*fi. § fin. de quadrien. præſcrip. C.* ¶ Octauus, † valere donationem 17
pecuniæ probatur quæ in domum vxoris exuſtæ refectionem
impenſa eſt, *l. quod ſi vir, 15. de dona. inter vir. & vxo.* in hoc enim
caſu ceſſare omnes prohibitionis rationes videntur: & ſumma
æquitas ſuadet, coniuges, ſuperuenientibus aduerſis caſibus,
compati. vt iura maritum improbant, qui ſpernit nec curat infe-
licitatem vxoris *l. ſi cum dotem, §. ſin autem in ſæuiſſimo furore ſolut.*
*matrimo. P.* ¶ Nonus caſus, † in lana data vxori a marito, ex quā 18
veſtimenta facta, vxoris ſunt, *l. ſi mulier ex pecu. 30. § fin. de donat.*
*inter vir. & vxo. P.* Cuius ratio, quod hæc officio & debito quoq;
maritali impenſa videntur, non iure donationis: ſicut & licet do-
tem reddere vxori, quæ eam perditura non eſt, vt ſe & ſuos alat,
*l. mutus, §. fi. de iure dot. P.* quod & muneris eſt mariti, dote penes
illum exſiſtente, *l. pro onerib de iure dot. C.* ſunt autem inter onera
mariti vxoris alimenta *l. vbi adhuc, C. eod.* quanquam etiam eam
indotatam acceperit, *ca. omnino, 31. diſt in.* Nam & ei, eorum ſal-
tem nomine, poſt mortem quippiam tenetur relinquere, *l. 1. &*
*auth. præterea. C. vnde vir & vxor.* Porro alimentorum appellati-
one & veſtes veniunt, *l. legatis alimentis de aliment. & cibar. le. l.*
*verbo victus, de verbo. ſign.* Quare, quia maritus tenetur viuus v-
xori præbere alimenta mortuo marito, vidua per annum luctus,
quo maritum luget, & pendente tempore quo eius dotem he-
redes retinent & veſtes & vnde viuat ſuppeditare tenentur. *in l.*
*fi. §. vidua, ad municip. Accur. & alii interp in l. vn §. cum autē & §.*
*exactio, de rei vx. act. C. l. 1. § mulier, & l curator, de vent. in poſſ. mitt.*
heredes. ¶ Frequens † tamē, nec inutilis q̄ſtio eſt, Nū veſtes, quas 19
viuēs maritus vxori reliq̄t, vxori relinquātur, eo mortuo, an vero
repeti poſſint ab heredib. mariti, vel illa p̄mortua penes ſuos he-
redes ſint. In qua Bar *in l. pen. § ſeruis vxor ſolamat.* ratus eſt, veſtes

pretioſas reſtitui marito vel eius heredibus, quotidianas minime. Et hunc ſequuntur reliqui fere omnes interpretes, vt Angelus conſ. 101. Paulus Caſtrenſis 84. Baldus in l. cum te, de nupt. nu. 3. & 4. Boerius ad conſuetudines Biturigum, tit. de conſuetudine matrimonii, & alii, deciſ q. Tholoſ. 336. Quod intelligi par eſt, quando ſimpliciter tantum, & in vſum conceſſæ ſunt pretioſæ veſtes: diuerſum ſi eo animo concedantur, vt perpetuo vxorum & heredum earum ſint, arg. l. id veſtimentum, 26. de peculio. Aliter non omnia quæ vxoris cauſſa parata ſunt, vxoris ſunt. Quamobrem ad maritum vel eius heredes redeunt, & legari ſecundæ vxori poſſunt, l. ſi quod earum, 45. in princ. & §. 1. de lega. 3. l. qui concubinam, 29. eo. tit. vel ipſi primæ, l. hoc legatum, 43 de lega. 3. quod non fieret ſi eius eſſent, cum nemini res omnino propria, legari poſ-
20 ſit, l. proprias tuas res, C. de lega. ¶ Vbi † porro donatio facta expreſſe horum eſt a marito pendente matrimonio, & ſecuta fuerit traditio, & in ea voluntate ſine reuocatione perſeuerauerit, recte dicemus hanc donationem, vt reliquas inter coniuges morte firmari, l. donationes quas parentes, & l. res vxoris. C. de donat. inter vir. & vxor. l. cum hic ſtatus, §. oratio, & l. ſi ſtipulata fuerit, eo. tit. in P. Obſerua tamen ſingulari nota, vt res tradita ſit, alioquin enim nulla traditione ſecuta, non confirmaretur donatio hæc ſilentio & morte, l. Papinia. de donat. inter vir. & vxor. P. Item obſerua morte confirmari hanc donationem re tradita, morte videlicet donantis, non autem morte coniugis cui donatur: nam eo mortuo reuocatur tacite. Sicut & tacite quoque reuocata cenſetur, ſi res tradita coniugi, alii poſtea tradatur, l. ſi maritus tuus, C. de do. int. vir. & vx. C. Et hæc eadem obſeruari debere exiſtimo, in mundo omni muliebri, torquibus, bullis, ceteriſque monilibus vxoris gratia paratis, niſi contraria ſit conſuetudo, vel municipalis lex alia, aut conuentione nuptiali aliter placuerit. Attamen vbi municipii iure ornamenta, & mundus vxori relinquuntur, voluerunt interpretes, res & monilia magni pretii non contineri, Bar. in l. quamuis, de auro & arg. legat. P. ita iudica-
21 tum tradit Boerius tit. de conſue. Biturig. ¶ Decimus † caſus validæ donationis inter coniuges, eſt in dote & donatione propter nuptias, quæ augeri poſſunt pendente matrimonio, l. ſi conſtante, 19. de donatio. ante nup. C. Cum tamen donatio propter nuptias potius remuneratio dotis, & æqualitas eiuſdem dici poſſit, non ex voluntate, ſed neceſſitate orta, Authentica ſed tum neceſſe eſt, eo. tit. de do. ante nupt. C. Et rurſus aliena a vera donatione, quæ irreuocabilis eſt, cum tamen donatio propter nuptias ſoluto matrimonio reuocetur ſecundum modum reuocationis dotis, l.
22 fin. de don. ante nup. C. ¶ Vndecimo, † valet donatio coniugi facta ea lege, vt pro cognato expendatur, vel pro alio, l. ſi mulier, 6. de don. int. vir. & vxor. quia tunc potius extraneo, quam vxori facta videtur donatio. 11. vt valeat donatio inter coniuges vſusfructus, Franciſc. de Curte. conſi. 6. & 7. Feud. Boe. conſ. 44. num. 11. & in §. 1. de conſue. matri. in fin. conſuet. Bitur. Item 12. proprietatis, ſi mutuo fiat inter coniuges, ea quæ inter viuos eſt, Boerius q. 355. num. 4. Nec hoc loco oportet donationes ante nuptias, quæ in nuptialibus inſtrumentis, vel ante fiunt, miſcere: cum nos loquamur tantum de donationibus, quæ inter coniuges & conſtante ma-
23 trimonio fiunt. ¶ Ceterum † dubium eſt, num donatio facta inter ſponſos, qui per verba de præſenti contraxerunt, & tamen publice adhuc non celebrarunt nuptias, valeat. Et Cynus, & Baldus, & Salicetus rati ſunt non valere, Bal. & Cy. in l. cum in te, de don. ante nup. Bal. & Saly. in l. cum te, eo. tit. In contraria ſententia ſunt Oldradus, conſ. 5. Ludouicus Romanus, poſt Imola, Lud. Rom. in l. ſi ſocer § Lucius, ſol. matr. Azo in ſum. de do. an. nup. quanquam matrimonium eſſe conſenſum per verba de præſenti perfectum dicat, tamen quod pertinet ad prohibitionem donationis, antequam ſponſa in domum mariti ducta fuerit, non eſſe perfectum arbitratur. Et ideo, inquit, cum vxor deducitur, poterit in itinere recte donari. Quod tamen Cynus ait per Doctores improbari, d. l. cum in te. Et ego ſequor ſententiam, vt improbetur donatio, veluti matrimonio per conſenſum ſine traductione perfecto, per verba de præſenti, cap. de illis, de deſponſ. impub. cap. de illis, de condit. appoſ. & nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit, l. nuptias de reg. iur. & Scæuola etiam expreſſe ſecundum hanc ſententiam reſpondiſſe mihi videtur, l. pen. de don. int. vir. & vxor. Biturigum conſuetudo eſt, vt matrimonio conſummato, vir non poſſit inter viuos, vel vltima voluntate donare, directo, aut per obliquum. Boerius conſ. 46. & in §. 1. de conſuet. ma-
24 tri. in conſuet. Bit. ¶ Sed † illa perdifficilis quæſtio eſt, diſponente conſuetudine, vel lege municipali, vt ſi vxor decedat ſine liberis, vir ſuperſtes lucretur dotem aut partem eius: & contra ſi præcedat maritus, vxor lucretur incrementum dotis vel donationem propter nuptias, num decedente altero deſponſatorum, per verba de præſenti, ante conſummationem, ſeu ante celebrationem nuptiarum, lucrum illud obtineat. hanc quæſt. plene explicat Ange. in § fuerat, de action. nu. 24. Feli. in rubri. de ſponſal. Boer. in § 1. de conſ. mat. in conſuet. Biturigum. Qua in quæſtione tres ſunt ſententiæ, alii adfirmant lucrari: alii negant: alii medium ſecuti, ita lucrari maritum dicunt, ſi onera matrimonii inceperit ſuſtinere, non aliter. Qui affirmant, ſunt Bartolus, in l. nihil rerum amotarum, adducitque glo. in l. ea quæ in 2. ad municipales, Baldus, per l. Deo nobis, de epiſcop. & cler. & ibi illo, & in l. fi. de do. promiſſ. Matthæus Matheſilaus in ca. ſi vero in 1. de ſententia excommunica. Atque Angelus in d. §. fuerat, ait, hanc ſententiam in praxi ſeruari poſſe, potiſſimum ſi ſponſus de præſenti ſuſtinuiſſet onera, & ita tamẽ ſucceſſurum pro media parte lucri. Accedit quod appellatione vxoris, venit ſponſa de præſenti, l. cum pater, de pact. l. non ſine, C. de bo. quæ liber. non extenſiue, ſed ex propria ſignificatione, etſi in cubiculum ducta non fuerit, l. cum fuerit, de cond. & demonſtr. c. fin. de deſponſa. duorum, can. ſufficiat, & cano. cum renuntiatur 27. quæſtio. 2. Item neque matrimonium ideo minus conſiſtit, quod ſeorſum coniuges habitent, l. nihil intereſt, rerum amotarum, l. mulierem abſenti, l. denique, & l. ſequent. de ritu nuptiar. P. In ſponſa adulterium, ac in nupta vindicatur, l. ſi vxor, ad legem Iul. de adulter. P. adulterium autem nihil aliud eſt, quam alieni thori violatio, cap. 1. §. cum ergo, 36. quæſtion. 1. Et lex Iulia quæ prohibet marito alienare fundum dotalem, & in ſponſo locum habet, in l. lex Iulia, de fundo dotali, in P. Ceterum Baldus, vt plerunque ſibiipſi in aliis etiam contrarius eſt, & in hac quæſtione ſibi repugnat, & contrariam aliquando ſecutus eſt ſententiam, Baldus in l. non ſane de bonis quæ liberis, & in authentica dos data, de dona. ante nupt. vt & Petrus Ancharanus in repetition. cap. 1. fol. 47. verſicul. quæro de quæſtione quæ mihi occurrit, de conſtitution. Quod ſtatutum vel lex, quæ de matrimonio loquitur, debeat intelligi de conſummato, l. ex publico, § final. de conuerſ. coniuga. alioquin initiatum tantum per ſponſalia, non conſummatum dici, can. inſtitutum, §. 1. & can. cum initiatur, 27. quæſt. 2. & ſtatutorum verba ſunt ſtricte accipienda, & propria ſignificatione, Panormit. in ca. ſi quis contra, de for. competent. facit text. cum gloſſ. in c. ſi ſuper gratia, de offic. deleg. in Sex. Atque cauſſam dicunt lucri onera matrimonii, quibus ceſſantibus, neque ſuſceptis, non habere locum lucrum tradunt, l. cum ceſſante de appell. l. 2. §. fin. de don. in P. neq; ad rem facere, quod onera quędam ante copulam ſuſcepta fuerint, quod illa ſint voluntaria, & impenſæ voluntariæ non minuant dotem, l. 1. & l. quod dicitur, & l. voluptuaria, de impenſ. in reb. dotal. fact. Sed plura in facienda vxore, quam in ducenda ſponſa requiruntur, maiorque ratio viri quam ſponſi in luctu, l. vxores, §. 1. & l. ſolet, de his qui not. infam. l. 1. C. de ſecun. nup. & eccleſia vix probat illa ſponſalia, vt matrimonium clandeſtinum, ſi non fiant publice in eccleſia, cum ſacerdotis benedictione, c. non aliter, & ca. nullus fidelis, 30. quæſtione 5. & proinde illa ſponſalia etiam per verba de præſenti inita, ſine ſacerdote, indigna videntur præmio nuptiarum, vt contra legem inita, l. qui contra, de inceſt. nup. C. § ſi quis aduerſus, de nup. apud Iuſtinia. l. auxilium, de minor. Tertia ſententia fuit Raphaelis, & aliorum quorundam, qui arbitrantur ſponſum pro ratione temporis, quo ſubit onera ante nuptias habere debere lucrum, non vltra, pro hac ſententia facere videtur l. creditor, §. ſi inter maritum, manda. & l. diuortio facto, ſolut. matrim. Verior tamen habita eſt ſententia, & iuſtior, qua ſponſus de præſenti excluditur a lucro, donec publice nuptias celebrauerit, & deducta fuerit vxor in domum eius. Idipſum & in ſponſa, præmoriente ſponſo ante nuptias ſeruandum: & ita iudicatum in curia ſuprema Pariſiis refert Nicol. Boerius ad §. 1. de conſuetu. Biturig. Et notabile tamen adhuc quod ſcribit Felinus in rub. de ſponſal. n. 3. & Salycetus in l. cum te, de dona. ante nup. C. virum lucrari dotem traducta in domum vxore, ſi ea moriatur etiam antequam cognita fuerit. Quia de proximo cognoſcenda, pro cognita habetur, l. penultim. de militar. teſtament. & præſumitur cognita, aut caſu ſuperueniente, per eum non ſtetit, quo minus fuerit cognita, & idcirco conditio pro impleta habenda ſit, l. 2. & l. ſi quis heredem, Cod. de inſtit. ſub condition. fact. dummodo, inquit Felinus, traducta ſponſa de præſenti, dos quoque data ſit, non aliter, videlicet ſi ſit tantum promiſſa. Felinus in dict. rubric. de ſponſal. b. numer. 2. cui adſtipulatur Salycetus in leg. ſi conſtante, Cod. de donation. ante nuptias, facit authen. ſed quæ, de pact. conuen. C.

Baldus

Baldus tamen ſimpliciter ſine hac exceptione pro lucro pugnat, cui accedo. Ea ratione, quod idem ſtatuendum ſit in lucro vxoris nuper traductæ, præmoriente marito: & ideo propter ancipitem & communem aleam fata non erunt & fortuita conſideranda, *l. 2. de condit. & demonſtra. in P.* neque damnum quod accidere poteſt, cum & lucrum quoque eadem cauſſa poſſit contingere, *l. ſi pater puellæ, 12. de inoffic. teſtament. C. lege. ſi ea lege, C. de vſur. l. penult. de ſolut. C.* Et vnicus tantum mihi videtur textus qui probare videbatur in ſponſo de præſenti lucri cauſſam locum habere, cauſſa mortis, in l. Deo nobis, in §. nam & maritus, de epiſcop. & cleric. C. quem intelligi volunt de ſponſo, per verba de præſenti, non de marito, qui cognouit vxorem, idque adſtruunt, propter ingreſſum religionis, de quo ibi tractatur. Veruntamen textus de eo non poteſt intelligi neceſſario, cum etiam coniuges, conſummato matrimonio, ex conſenſu poſſint, vtrinque caſtitate promiſſa, religionem ingredi, *cap. 1. & c. cum ſis coniugatus, & c. ſane, de conuerſ. coniug.*

## Quomodo Confirmentur donationes inter patrem & filiumfamilias, & inter coniuges factæ. Cap. 11.

1 *& ſeq. Donationes inter patrem & filiumfam. & coniuges, morte & ſilentio confirmantur, quomodo.*
2 *Quomodo differant a legatis, & cauſſa mortis donationibus.*
3 *Conſtitutum num æque firmet donationes inter coniuges & filiosfam. factum, ac traditio.*
4 *Donatio filiisfamilias facta iuramento infirmatur, ſi inſinuata pendente vita patris.*
5 *Donatio inter coniuges num iuramento firmetur.*

1 DOnationes † quæ filiisfamilias fiunt a parentibus, & inter coniuges, firmantur iure ciuili, ſilentio, & morte donantis: ſi vſque ad quantitatem legitimam fiant, vel eam excedentes actis fuerint inſinuatæ, vel ſi ſpecialiter in ſuprema voluntate donator vel donatrix confirmauerit, quo caſu ſine illa diſtinctione ratæ habebuntur: ſiue intra ſummam non inſinuandam, ſiue ſupra eam ſint. Sed in ea diſtinctio adhibenda, vt ſi ſupra ſummam inſinuandam ſint, nulla inſinuatione præcedente, tunc ratę tantum cenſeantur a tempore confirmationis: ſi autem inſinuatæ ſint, retrahatur confirmatio ad tempus quo factæ ſunt & conſcriptæ, *hæc in l. donationes quas parentes, de donat. inter vir. & vxor. C.* videlicet ratione fructuum & partuum, vt cenſeantur fuiſſe eius cui donatum eſt, & vt de damno dato in re non teneantur, *l. cum pater, §. pater filiæ, de leg. 2. l. ſi mortis cauſſa inter vir. & vxor. de don. cau. mor. in P.* videlicet, quãdo is qui donat præmoritur, alioquin ſi ſuperuiuat ei cui datũ eſt, exſtinguitur omnino donatio, *l. cum hic ſtatus, §. ſi ambo, de don. int. vir. & vxor. l. 2. de bon. quæ libe.*

2 ¶ † Nec ideo hæc donatio legatum, vel donatio cauſſa mortis dicenda eſt, ſed inter viuos: nam ſilentium, vel expreſſio teſtatoris, qui donarit, eſt tantum confirmatio, *l. ex verbis, 14. de do. inter vir. & vxor.* eius, quod prorſus nõ erat inutile, ſed ratione aliqua impediebatur ſortiri effectum, vt inter coniuges, matrimonium, quo diremto impedimentum ceſſat, & perſeuerante voluntate rata fit donatio, *l. 2. C. de dote, cau. non numera. l. quia in hoc tempus, l. ſi quis vxori, & l. quia interim, de donat. inter vir. & vxor.* veluti ex noua cauſſa priori addita: quod & de poteſtate conſtituendum in filiofam. Obſeruandum autem hic hanc donationem intelligendam eſſe, de ea quæ pure fit filiisfa. vel coniugi, non etiam de ea, quæ conditionem habet, aut modum, in qua lex ſequenda contractus: veluti, ſi fiat donatio peculii profectitii nomine: nam donatum non confirmatur vt præcipuum filio morte patris, ſed vt peculium communicatur, *l. ſi donatione, C. de colla.*

3 ¶ † Subinde ſilentium ita demum has donationes firmat, ſi antea fuerit traditio rerum donatarum, non aliter, *l. Papinianus, de donat. inter vir. & vxor. in P. l. 2. & ibi Barto. ſi quis alteri vel ſibi. C. l. 1. §. ſi vir vxori, de acq. poſſ. P.* Remanet tamen dubium, nũ ficta traditio conſtituti pro vera poſſeſſione hic habeatur: veluti ſi pater dans filiofam. aut coniunx coniugi, ſe conſtituat nomine filii, aut coniugis quibus donatur, poſſidere. Et certe placuit Angelo illam ſufficere fictam traditionem in donatione coniugi facta, *Ange. in l. 2. in 1. notab. C. de inoffi. teſta.* Et in eadem ſententia, ſunt, Ioannes Berberius, *in Viatorio iuris, tit. de don. inter vir. & vxor.* Socinus, *in l. 1. §. ſi vir vxori, in vltima concl. de acq. poſſ.* Philippus Decius, *conſ. 202. col. 4. 3. fundam.* & alii, *Alex. conſ. 7. col. 1. libr. 6. gl. Bart. Bald. Alber. in l. 2. de dote cauta. C.* Et Alexander idipſum ſtatuit, ſi retineatur donando vſusfructus, *Alexand. d. conſ. 7.* Idem in filiorumfam. donationibus obſeruari tradidit Baldus, 430. *conſ.* Paulus Caſtrenſis, *conſ. 345. 1. volum. ſi pater præmoriatur filio.* Cępolla, *in l. fi. col. 18. item hoc procedit, de vſur.* Socinus, *lib. 4. conſi. 115.* Ceterum Maſſuerius ſcribit, ſolam fictam traditionem factam per patrem, non ſufficere: niſi huiuſmodi donatio fiat in contractu & fauore matrimonii, *Maſſuerius in praxi. iudicior. §. item donatio facta, §. per patrem, de donat.* Quia poſſeſſio, eſt corporis non iuris, *l. poſſeſſio, 49. § qui in aliena, de acqu. poſſeſ. P. l. cum heredes, 23. eo. titu.* Huius ſententię fuit etiam, etſi obſcure, Paulus Caſtrenſis, *in l. 1. §. ſi vir vxori, de acq. poſſ.* Quia ficta, inquit, poſſeſſio exigat cauſſam legitimam præcedentem, *l. quod ſeruus tuus, de acq. poſſeſ. P. l. nunquam nuda, de acq. rer. dona.* In hac autem donatione in filiumfam. vel coniugem nulla eſt præcedens legitima cauſſa, imo, nec probata ad vſucapiendi facultatem adipiſcendam, *l. 1. §. 1. pro don. in P.* Et ſuperuacuum eſſe videtur credere agrum veniſſe, aut alienatum fuiſſe, cum ipſe debitor reperiatur poſſeſſor, *l. ſicut, §. ſuperuacuum, quibus mod. pign. vel hypo. ſolu.* Admittam tamen, vt ſi translatione facta rei, iterum precario acceperit eandem qui dedit, non eſſe fictam traditionem nec obeſſe precarium confirmationi, *l. cum hic ſtatus, §. ſi maritus, de do. int. vir. & vxor. P.*

4 ¶ † Sed vlterius inquiramus, num donatio filiisfam. aut coniugi facta, firmetur iuramento ante mortem donantis. Et placuit iuramento firmari eam quæ filiisfam. fit. Eo quod impedimentum donationis ex arbitrio patris pendet, qui poteſt emancipare quandocunque voluerit. *l. fin. C. de emancip. liber.* Et proinde iuramentum ſupplere poterit hanc ſolemnitatem, vt alias ſupplet, *authentica ſacramenta puberum, ſi aduerſ. vend. C.* Et iuramentum validos efficit contractus, alioquin inter patrem & filium inualidos, *ca. quamuis pactum, de pact. in Sex. cap. cum contingat, in fi. de iureiur.* Et ſecundum hanc ſententiam iudicatum fuiſſe tradit Guido Papæus, *q. 146.* Quod ego ita demum verũ puto, ſi fuerit inſinuata donatio propter conſtitutionem regiam Molineis latam, anno 1566. quæ id cauet artic. 58.

5 ¶ † Veruntamen num donatio inter coniuges facta, iuramento firmetur, & ſit irreuocabilis, valde difficilem habet quæſtionem: ſiquidem confirmari placuit Bartolo, *in l. ſi quis pro eod. nu. 17. de fideiuſſo. in l. Seius & Augerius, num. 7. ad leg. Falc.* Guillelmo de Cuneo, *in l. 1. de donat. inter vir. & vxor.* Cardinali, *in clem. 1. §. porro, in 5. q. de iureiuran.* Guillelmo de monte Lauduno, *ad clem. ne Romani. de iureiur.* Ioanni ab Imola, *ad cap. cum contingat, de iureiur.* Panormitano, *Pan. in conſi. 95. in 2. volum.* Alexandro, *in l. ſi donante, de colla.* refert & id Nicolaus Boerius, *deciſi. 92. numer. 6.* Et ita concluſum fuiſſe in capella Tholoſana ſcribit Aufrerius, *in deciſio. capellæ Tholoſ. 261.* Contraria tamen mihi & iuſtior, & melior videretur ſententia, ob rationes quibus diximus merito inhiberi donationes has, pendente matrimonio, quarum aliquę naturalem cauſſam habent, quia contra bonos mores, quia tollant vinculum matrimonii, amorem, contemnatur liberorum cura, quæ iuris naturæ eſt, *§. 1. de iure natur. l. 1. §. fin. de iuſti. & iur. in P. &c.* Et procul a controuerſia eſt, iuramentum non eſſe vinculum iniquitatis, *cap. inter cetera. 22. q. 4. cap. quanto, de iureiur.* Hoc enim impium & ſceleſtum eſſet, vt ait Demoſthenes, vt quæ nullo pacto demonſtrare poſſunt, æquum eſſe eripere, ea prætextu religionis perficere: an non facinus atrociſſimum & impiiſſimum ſuſcipiunt? decet enim, mea quidem ſententia, quæcunque diuino nomine geruntur, talia videri, vt nec ab homine facta improbarentur, *Demoſthenes oratio. in Leptinem.* Dehinc nominatim cautum eſt, non valere iuramentum, per quod promiſſum eſt abalienatio vxoris, vel exheredatio liberorum, *ca. Quintauallis, de iureiur. cap. quemadmodum, eod.* quod ſequeretur ex hac firmata donatione, prohibita, ne mutuo amore ſe ſpolient, *l. 1. de donat. inter virum & vxor. P.* Et 3. cum diximus contra bonos mores eſſe donationem hanc, *l. 1. de dona. inter virum & vxor. P.* non erit obligatorium contra bonos mores pręſtitum iuramentum, *cap. non eſt obligatorium, de reg. iur. l. ſi quis inquilinos, §. fina. de legat. 1. cap. ſi diligenti, §. 1. de foro compet.* 4. Iuramenti tres comites ſunt, ſine quibus non ſubſiſtit veritas, iudicium, & iuſtitia, *c. etſi Chriſtus, de iureiuran.* Hic autem obeſt iuſtitia, ex qua donatione alter inops blanditiis alterius, qui ditior fit, redditur. Iuſtitia, quod ęquum & bonum eſt, dicitur, *l. 1. de iuſt. & iure.* æquum, quod æqualitatem cõſeruat, *Ariſtot. 5. Ethic.* Neque me mouet quod Panormitanus occurrens, vt illi videbatur

recte, rationibus, dicat liberorum cauſſam in hac donationis pro-
hibitione eſſe cauſſam remotam, & ideo non eſſe conſiderandã,
*gl. in c. de occidendis, 23. quaſt. 5.* Potiſſimum, inquit, quia bona
donatione perueniunt ad patrem, aut matrem, quibus maxima
cura liberorum, vt pote qui in illorum torqueantur magis iniuri-
is, quam in propriis, *l. iſti quidem, quod me. cau. l. fi. C. de cura. fur.*
Etenim liberorum cauſſa hic, non remota, ſed propinqua eſt, *l. 2.
de dona. int. vir. & vxor.* & præcipua, quemadmodum & matri-
monii eſt finis proles, *c. omne, 27. q. 2. c. ſicut, in fi. 32. q. 2.* & ob eam
nuptiis donatus fauor, *l. 1. ſol. matr l. 2. de indict. vidui. tollen. C. §. 1.
de nupt. apud Iuſt.* neque eſt inſpiciendus hic communis amor in
liberos, cum iam videamus ex hac aucupata donatione, affectio-
nem in liberos ſublatam, & vxorem vel coniugem prælatos libe-
ris, vt veriſſimum ſæpe experimur delinimentis mulieribus cor-
rumpi iudicium patris circa filios, & cõtra proprium ſanguinem
iudicium iniuſtæ exheredationis conſtituere, *l. 4. de inoffi. teſta. C.
in P.* vt contra fœminas omni mobilitate leuiores, & feris omni-
bus crudeliores, prurientes libidinis ardore, nouis maritis, non
ſolum filiorum res proprias, ſed etiam vitam addicere, *l. lex quæ
tutores, de admi. tutor.* tantum abeſt vt illis ſua conſeruent. Minus
2. loco diffugium Panor. facit, dicens, verendum non eſſe hodie
ob donationem diuortium fieri, cum diuertere non liceat, *ca. 1. 2.
3. 12. q. 7. cap. gaudemus, de diuor. ca. ex publico, de conuerſ. coniuga.*
Nam quanquam diuertere non liceat, tamen quod grauiſſimum
eſt, remanent perpetuæ domeſticæ querelæ, & intolerabiles fere
cauſſæ diuortii. Et proinde præcauendum nunc magis eſt, vt cum
diuertere non liceat, ſedatum & bene conueniens perpetuum
retineatur matrimonium. Tertio loco quoque leue videtur ar-
gumentum, quod donatio firmari poſſit morte, ergo iuramento.
Diſtant enim firmari iuramento inter viuos irreuocabiliter, *l. vbi
ita donatur, de don. cau. mor. P.* & teſtamento, vel vltima voluntate
firmari, libera ſemper remanente reuocatione vſque ad vltimam
vitæ periodum, *c. cum Martha, de celebra. miſſ. l. 4. de adimen. lega.
l. cum hic ſtatus, §. ſi maritus, de donat. int. vir. & vxo.* Quare 4. loco
non faceſſit, quod iuramentum debeat ſeruari, ſi nõ vergat in de-
trimentum ſalutis æternæ, *c. ſi vero, & c. cum contingat, de iureiur.
c. debitores, de vſur.* quod tutius ſit in dubiis animæ, quam bonis
conſulere, *c. iuuenis, de ſponſal. c. venerabilem, de electio.* Nam hoc
quidem verum eſt, ſi legitimum iuramentum, ſi non contra bo-
nos mores: vt ante diximus. Neque quicquam prohibet, quin et-
ſi ſeruandum ſit iuramentum, cogi poſſit qui exegit remittere, &
datum reſtituere, *d. c. debitores, & c. 1. de vſur.* Et actus contra iura-
mentum tenet regulariter, licet qui iurauerit ſit periurus, niſi
gratia iuramenti ei fiat, *c. dilectus, 1. de præb.* Neque 5. loco validum
iuramentum capitis, quamuis pactum de pactis in Sexto ſimili
negotio adiectum dicetur in donatione inter coniuges: neque e-
nim ſimiles ſunt prohibitionis rationes.

## De aliis Perſonis Donatariorum. Cap. 12.

1 *Iudices munera accipere in Gallia edicto vetantur.*
*Munera quæ iudices non poſſunt accipere. eod.*
2 *Donare non poſſunt iudicibus litigantes, nec ob iudicandum, nec aliis ob magiſtratum conſequendum.*
3 *Donatio quibus facienda non eſt.*
4 *Donatio non valet facta Tutori, vel Curatori ſuo a minore.*
5 *Miſſilia in vulgus quando permiſſa & prohibita.*
6 *Donationem pro rebus ſacris accipere ſimonia.*
7 *Munera prohibita accipere & dare, quæ corrumpunt animos.*

1 REgiis † conſtitutionibus noſtris inhibitum eſt, ne iudices a
quocunque ſubdito, vel litigante accipiant cuiuſcunque or-
dinis ſint, ſeu inferioris, aut curiæ ſuperioris munera, quibus de-
prauari iudicia eorum poſſint, *conſtitutio. Phili. Pulcri, in primis
artic. 13. Caroli 7. articu. 118. & 119. Carol. 8. artic. 16. & 18. Ludo. 12.
in publica. 249. art. 140.* Atque pragmatici, patroni cauſſarum,
procuratores, qui in largitionibus his interuenerint, & ſubſelliis
remouent, & omni officio iudicãdi indignos in poſterum decla-
rant. *in conſt. Carol. 7. art. 120.* Inhibetur quoque triumuiris capi-
talibus, ne a litigantibus munera vel penſiones capiant, *conſt. Au-
reliacenſi arti. 43.* Samuel & ab hoc crimine abiturus magiſtratu,
ſe immunem eſſe, inter cetera, voluit palam populum docere, *1.
Reg. c. 8.* Proconſulibus, quibus prouinciæ regendæ demandatæ
erant, iuſſum etiam erat, neque in totum a xeniis capiendis abſti-
nere debere, neque auare modum xeniorum excedere. Quod
valde inhumanum eſſet a nemine accipere: ſed paſſim, viliſſimũ:
& per omnia auariſſimum. Mandatiſq; continebatur, ne domũ,
vel munus ipſe proconſul, vel qui in aliquo officio eſt accipiat, e-
matve quid: niſi vſus quotidiani cauſſa, quæ non pertinere Vlpia-
nus ait ad xenia, ſed ad ea quæ eduliorum excedant vſum, *Vlp in l.
ſolet, 6. de offic. procon. lib. 1. P. tit. 16.* Et Modeſtinus, plebiſcito cõ-
tinetur ne quis præſidum, munus, donumve caperet: niſi eſculẽ-
tum poculentumve, quod inter dies proximos prodigatur, *l. ple-
biſci. 18. de offi. præ. lib. 1. P. tit. 19.* Claudius Cæſar præfectum quen-
dam prouinciæ, propter dona capta exſilio puniuit, omniaq; eius
bona præfecturæ tempore acquiſita, in publicum redegit, *Dio
Caſſ. li. 60. hiſt.* Ob iudicandum ne quid acciperetur prohibitum,
& caſtigatum lege Iulia repetundarum, in proprio capite in cri-
minibus explicauimus, nam aiunt πείθειν δῶρα θεοὺς λόγους, *dona
perſuadere Deo ſermones.* ¶ † Prohibitum etiam olim pro conſe- 2
quendis magiſtratibus largitiones facere, *l. fin. ad leg. Iul. repetund.*
alioquin lege Iulia de ambitu locum habente, de qua in crimini-
bus diximus proprio capite de ambitu. Exſtat & titulus in li. 12. C.
publicæ lætitiæ, vel conſulum nuntiatores, vel inſinuatores con-
ſtitutionum, vel aliarum ſacrarum, vel iudicialium literarum, ex
deſcriptione, vel ab inuitis, ne quid immodicum accipiant.

¶ † Malis largiendum non eſſe antiqui Ethnici quoq; rati ſunt. 3
Bonis, inquit Iſocrates, benefac. Nam bonus theſaurus apud ho-
minem virtutibus præditum, debitum beneficiũ eſt. Qui in ma-
los beneficium confert, idem patitur cum eis qui alienas carnes
cibant: illæ namque perinde dantes ac occurrentes allatrant. Sic
mali commodantibus æque ac lædentibus vim faciunt, *Iſocrates,
in Parœneſi, ora. 1.* Suidas autẽ, ne benefacias, inquit, ſeni, nec pue-
ro inuido, nec loquaci mulierculæ, ne vicini cani, ne garrulo re-
migi, *Suid. in verb.* ἄχρυστα. ¶ † Sancitum conſtitutione regia Fran- 4
ciſci primi, omnes donationes nullas, & inutiles eſſe, quæ fiunt a
minoribus tutoribus, aut curatoribus ſuis, aut adminiſtratoribus
ſeu cuſtodibus ſuis, *conſtitut. Franciſ. 1. anni 1539. art. 131.* Eo quod
nec iure ciuili contractus inter has perſonas initi efficaces ſint, *l.
1. & l. pupillus, §. item ipſe, de aucto. præſt. P. facit l. 1. de contract. iud. C.*
¶ † Solebant conſules, vbi erant deſignati, vel renuntiati, miſſilia 5
in vulgus ſpargere, habendæ gratiæ populo cauſſa, vt ait Leo Im-
perator, conſtitut. 14. in nouellis Iuſtiniani, *l. 2. de conſul. & non
ſpargendis pecun. & c. li. 12. C.* At poſtea prohibuit Martianus Im-
perator, ne quid æris in populum ſpargerent: ſed ſtatutam pecu-
niam ad reparandum vrbis aquæductum dependerent, *nouella
105. de conſulib.* quam legem rurſus abrogauit Iuſtinianus, *tota. 1.
quæ. 1.*

¶ † Pro rebus ſacris, vel pro ſacramentis munera accipere, vel 6
petere, iam non eſt quod moneam eſſe prohibitum, *can. et ſi quæ-
ſtiones, §. in hoc itaque, de ſimonia.* quia ſimonia ſit, de qua proprio
titulo in criminibus diuinæ imminutæ maieſtatis, dictum eſt.

¶ † In ſumma quandocunq; ſuſpicio eſt deprauationis animi, 7
per munerum largitionem, inſpecta qualitate perſonarum, & re-
rum, & quantitate, *Deute. 16. Exod. 23.* improbantur donationes.
Munera namque excæcant oculos ſapientum, & mutant verba
iuſtorum, *Eccleſiaſt. c. 20.* impios & viros ſanguinum, Dauid dixit
habere dexteras repletas muneribus, *Pſalm. 25.* Qui proiicit, in-
quit Ieſaias, auaritiã ex calumnia, & excutit manus ſuas ab omni
munere, ipſe in excelſis habitabit, *Eſa. cap. 33.* Quia munera de
ſinu impius accipit, vt peruertat ſemitas iudicii, *Prouerb. ca. 17.*

*Et diffidit portas*
*Vrbium, vir Macedo & ſubruit æmulos*
*Reges, muneribus: munera nauium*
*Sæuos illaqueant duces. Horat. in Odis.*

## De Forma donationis. Cap. 13.

1 *Donatio conſenſu & dantis & accipientis perficitur, inter præſentes & abſentes.*
*Quibus verbis. eod.*
2 *Et ex Conuentione legem accipiunt, & quæ pacta eis apponi ſoleant.*
3 *Donationis inſinuatio quæ, & quando requiritur.*
4 *Coram quo fiat iudice.*
5 *Et quare inuenta.*
6 *Quæ donationes inſinuari debent.*
7 *Solidus in iure quid.*
*Libra auri quot aureos nummos recipiebat. eod.*
8 *Marca artificum & aurificum quot vncias habeat, & quid vncia.*

9 Et

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

9 *Et quando aurei ſolidi.*
10 *Donationes quæ inſinuatione non egebant.*
11 12.13.14.15. & 16. *M l.tibus facta aliquæ, & quando, largitiones.*
17 *Inſinuandæ ſunt omnes donationes iure Gallico.*
18 *Inſinuationi faciendæ num iuramento renuntiari poſſit.*
19 *Inſinuationi donans quando cogitur conſentire.*
20 *Donationis faciendæ ex diuerſis rationibus formulæ.*
21 *Thingare Longobardis quid.*
*Donatio* a la Pareille, *Longobardis lannechild. eod.*
22 *Donandi formulæ in iure ciuili.*

1 CONſenſus † requiritur in donationibus, & dantis, & eius qui acceptat donationem: ideo fieri poteſt inter abſentes, *ca. ſi tibi abſenti, de præb. in Sex.* per nuntium, & per epiſtolam, & acceptante, *l. abſenti, de dona. P. l. abſenti, & l. ſi aliquid, & l. don. C. eod.* tabellione pro alio, *l. ſi quis in emancipatum, C. eod.* Nuda enim ratio donationem non conſtituit, *l. nuda ratio, de don. P.* Et perficiuntur cum donator ſuam voluntatem ſcriptis, aut ſine ſcriptis manifeſtauerit, *§. perficiuntur de don. ap. Iuſt.* per verba præſentis temporis, vt dono, do ſitque nunc & nudo pacto, & ſine ſtipulatione, aut traditione, quæ olim requirebantur, *§. & ad exemplum, eo. tit. & l. ſi quis argentum, § fi. de don.* nec tamen prætextu abſentiæ eius cui donatur, reuocabilis efficitur, *d. cap. ſi tibi abſenti, & l. velles nec ne, 6. de reuoc. don. C.*

2 ¶ † Donationes vt reliquæ pactiones, ex conuentione legem accipiunt, *l. 1. §. ſi conueniat, depoſi. in P.* quamobrem quid placuerit inſpiciendum eſt: interdum enim ea lege donatur, vt alimenta donatarius donanti præbeat: quare illis non præſtitis, reuocatur donatio, *l. 1. C. de donatio. quæ ſub. mod.* Interdum, vt poſt mortem donatarii, res donata ad donantem redeat, *l. 2. de don. quæ ſub. mod. C.* vt donatarius mutuo ſtatim redonet donatori, *l. qui id quod, 34. §. 1. de don. P. l. ſi tibi pecuniam donaſſem, l. 20. de reb. credit. P.* Sunt his ſimilia, quæ apponi poſſunt donationibus, dum fiunt, non poſtea quam factæ ſunt. Quia perfectæ donationes inuito altero contrahentium, neque diem, neque conditionem recipiunt, *l. perfecta, C. de don. quæ ſub mo. l. 1. de ſolutio facit l. cum dos, de pact. dot. l. tempore, de pact. int. emp.* Et ſub modo factæ ſtatim valent, quamuis modus impletus non ſit, nec impleatur: non enim donatum propter non impletum repetitur: niſi dictum ſit, *c. verum, de condit. appoſi. l. ſi vt proponis, de condicti. ob cauſ. dat. dict. l. 2. de donat. quæ ſub mod. l. Meuia, de manu. teſta.* vel coactus renuat ſatisfacere conuentioni, tunc enim rem donatam condicere licet, *l. 1. de donat. quæ ſub mod. l. ea lege, de condict. ob cau. da.* Conditio quoque apponitur donationi, quæ & ſuſpenditur, vt non valeat, donec conditio impleta ſit: quia hæc eſt natura conditionis in omnibus. *l. qui heredi, §. fi. & l. qui ſub conditio. de condit. & demon. l. hæc venditio. de contr. emt. l. ſi tibi legatum, de lega. 3. cum ſimil.*

3 ¶ † De forma ſubſtantiali aliquarum donationum iure ciuili eſt inſinuatio, ſeu profeſſio facta in acta publica. Inſinuatio, eſt donationis iam factæ, & in ſcripturam redactæ, eodem tempore quo fit, vel alio apud iudicem competentem facta publicatio, vel teſtificatio. Primum enim iubent leges in ſcripturam redigi donationem, eamque complecti & nomen donantis & donatoris, & rei donatæ, & ius donatum, *l. donatio ſiue directa §. in conſcribendis, C. de donatio.* Poteſt tunc inſinuari cum fit, & poſtea, vt in donatione ante nuptias facta apparet, quæ poteſt inſinuari tempore nuptiarum, *l. fi. §. pen. de don. ante nup.* Auctoritas porro per inſinuationem accedit publica, coram iudice prolata, & firmata donatione, & inter acta publica deſcripta, *d. l. donatio, & l. data, C. de donat.*

4 ¶ † Iudex idoneus qui adiri in hac inſinuatione debet, eſt in ciuitatibus magiſter cēſus, in aliis locis, vel municipales, vel præſides prouinciæ, *l. in l. hac ſacratiſſima, C. de donat.* nec coram incompetenti, vt dicunt, facta, valet inſinuatio, *l. ſecundum diui Leonis, Cod. de dona.* ne turbentur promiſcue in actibus officia certis diſtributa, *l. conſulta diualia, §. repetita de teſtam. c. peruenit, 11. q. 1.*

5 ¶ † Fueruntque adinuentæ iſtæ inſinuationes, ad euitandas fraudes, quæ fraudes frequenter accidunt donationibus, non ſolum in factis inter extraneos, ſed & inter coniunctas perſonas. Siquidem, inquit Conſtantinus, domeſticis ac clandeſtinis fraudibus facile quiduis pro negotii opportunitate confingi poteſt, vel id quod vere geſtum eſt, aboleri, *l. data, C. de dona.* Facit & quantitas ſummæ maioris: quia maius damnum & periculum in ſumma maiori: ideo cautius eſt agendum, *c. vbi periculum, de elect.* & maior ſolemnitas eſt adhibenda, *l. fi. iuncta gloſſ. ſi cert. peta. C. auct.* *ſed nouo iure, eod. tit. §. oportet vero, de inſtru. fid. & caut. coll. 6.* Accedit quod in his, quæ coram iudice fiunt, dolum & metum abeſſe præſumitur, *l. pen. quod met. cau. P. l. 2. C. de prædiis & aliis rebus minor. l. ſi quos ſpontaneos, de decur. li. 10. C.* quare & ad probationē ſufficientem donationis, ſufficiunt acta illa ſola publica, *l. in donationib. C. de don.* Sed & partes in ea iudicis ſunt, *Petr. de Ferrariis, in praxi, tit. de don.* inquirere de cauſſa donationis: & donanti explicare, donare eſſe perdere, *l. filiusfamilias, de don.* & multos patrimonia effudiſſe inconſulte largiendo, & inde ſequi furta, & rapinas, deficientibus propriis, vt ait Cicero *in Offi.*

¶ † Olim donationes fere omnes iure ciuili exigebāt inſinua- 6
tionem, quamuis ante nuptiales eſſent, quæ aſcendebant ad ſummam vſque ducentorum ſolidorum, *§. & cum retro, de don. ap. Iuſtinia.* Poſtea Iuſtinianus ſtatuit, vt illæ tantum inſinuarentur, quę trecentos ſolidos excederent, *l. ſancimus, C. de donat.* Poſtremo tamen loco cautum, vt non niſi illæ, quæ ſummam quingentorum ſolidorum excederent, neceſſitate inſinuationis tenerētur, *l. pen. §. fina. C eo. de dona.* quod ante erat tantum ſingulare in donationibus ad pias cauſſas factis, quæ valebant etiam ſine inſinuatione vſque ad quingentas libras, *l. illud, de ſacroſan. eccl. C.* Obſerua tamen in æſtimatione rei, non computari fructus eius, niſi ipſi ſeorſum donentur, *l. in ædib. 9. § ex rebus, de dona. P. l. cum de donatione, 11. eo. tit.* Sed & illud in inſinuatione obſeruatione dignum eſt, quantitatem ſeu ſummam 500. ſolidorum vnius tantum actus donationis eſſe debere, antequam egeat inſinuatione. Nam nihil prodeſt, ad infirmandam donationem non inſinuatam, dicere plures donationes ab eodem eidem factas diuerſis temporibus, quæ ſi cumulentur ſummam quingentorum ſolidorum, vel maiorem redderent ſummam, *l. ſancimus, §. ſi quid autem, C. de dona.* Nam ſi ſingulę ſeorſim factæ legitimam illam non excedant quantitatem, non egent inſinuatione, *in l. ſenatus, §. fin. de dona. cauſ. mortis.* dummodo plures donationes vnica ſtipulatione non fuerint factæ: vna enim tunc erit donatio, *l. ſi duobus, l. 3. communia de lega.*

¶ † In conſtitutionibus Iuſtiniani ſolidi aurei intelligēdi ſunt, 7
qui eo tempore ſeſcupli erant priſcorum aureorum, ita vt triceni ſolidi vicenos aureos valerent, teſte Budæo, *lib. 5. de Aſſe.* Tempore Iuſtiniani, argenti libra æſtimabatur quinis ſolidis auri, *l. 1. de argen. pretio theſauris inferendo, lib. 10 C.* & viginti æris libræ, vno ſolido auri, *l. 1. de colla. æris, lib. 11. C.* Tempore Vlpiani, & Hermogenis, qui vixerunt tempore Alexandri Cæſaris, nondum imminuta priſci numiſmatis forma, niſi in paucis ſcrupulis, centum aurei erant pondo duarum librarum auri, *de quibus in l. 1. de variis & extraordin. cogni. & in l. nonnulli, de accuſ.* Poſtea fuerunt 72. aurei in libra auri poſiti, *l. quotieſcunque, de ſuſceptor. & archar. lib. 10. C.*
¶ † Diuerſam tamen hanc libram aurificum notat eſſe a li- 8
bra aliorum artificum Molinæus, *in fine tractat. de vſur.* & in hac eſſe duas marcas. Quælibet marca artificum habet 9. vncias: quęlibet vncia groſſos 8. quodlibet groſſum 3. denarios: quilibet denarius 24. grana. Cōmuniter auri pondus, valet duodecies quantum argentum.

¶ † Dicti porro aurei, Solidi nomine, a tempore Alexandri 9
imperatoris: ſiquidem is vectigalia publica ita contraxit, vt qui decem aureos ſub Heliogabalo præſtiterant, tertiam partem aurei præſtarent, hoc eſt, triceſimam partem, habita ratione decem aureorum: tunc & ſemiſſes & tremiſſes formati ſunt, vt ſcribit Lampridius, *in vita Alex.* Quamobrem & tunc aurei, qui diminuti non fuerunt, dicti ſunt ſolidi, id eſt, integri aurei. Atque & ſubinde tempore Iuſtiniani dictos fuiſſe aureos, & ſolidos, conſtat ex collatione duarum legum, quarum vna libertum, qui patronum in ius vocauit venia non impetrata, condemnari in 50. aureos tradit, *l. ſi libertus, & l. in eum, de in ius voca. P.* Iuſtinianus autem & de eodem loquens liberto, & in eadem ſpecie, 50. ſolidos nominat, *§. fi. de pœna temere litigan.*

¶ † Ex his igitur colligimus inſinuandas eſſe donationes, quæ 10
excedunt quingentos aureos: intra autem illam ſummam factas, non inſinuari iure ciuili. Verum ſecundo loco inſinuatione non egent donationes cuiuſcunque ſummæ ſint, quæ in redemtionem captiuorum fiunt, *l. penu C. de donatio.*

¶ † Nec 3. illæ quæ fiunt a ducibus militibus, *d. l. pen.* fiebant 11
enim largitiones militibus, vel ex præda hoſtium, vel ex publico: vocabanturque aliquando donaria clauiarium, *Tacitus meminit, & Ouid. Claui menſura coacta eſt.* congiarium, *meminit Herodia. in 5. vbi de Heliogabalo.* quod in principum inaugurationibus plerumque largitio militaris, vel caſtrenſis militibus a principe



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fiebat, ob res bene geſtas. Fiebat & in aliis publicis largitionibus
*donatiuum* militi, ſicut & congiarium plebi, *vide Tacitum 12. &
14. Herodot. in 3. & 4. Lampridium in vita Alexandri.* Dona am-
pliſſima imperatorum, ac fortium ciuium, vt ſcribit Plinius, *li. 18.
hiſt. Nat. c. 3.* quantum quis vno die plurimum circumarauiſſet:
12 item quartarii farris, aut heminæ, conferẽte populo. ¶ † Quarto,
inſinuatione non egent cuiuſcunque quantitatis ſint donata, iis
quorum domus incendio, vel ruina corruptæ ſunt: ita tamen ne
pecuniæ in aliam rem, quam in refectionem conuerſæ earũ fue-
13 rint, *d. l. pen. de dona. C.* ¶ † Quinto, non inſinuantur donationes
imperiales: ſiue illæ fiãt a principe priuatis, *d. l. ſancimus, C. de don.*
ſiue a priuatis principi, *authen. item a priuatis, C. eo. de dona.* vel in-
ter Auguſtum & Auguſtam, *l. pen. C. de don. inter vir. & vxor.*

14 ¶ † 6. Nec donationes ante nuptias iure Codicis: ſi ipſæ ſpon-
ſæ, quibus donatum eſt, minores ſint, & patre deſtitutæ, *l. minori-
bus, de donat. ante nup. C.* contra ſi maiores eſſent, *l. ſi § ſimilique mo-
do, de don. ante nup.* Quamuis iure Nouellarum promiſcue, quod
pertinet ad lucrum vxoris donationes ante nuptias valeant, ſine
vlla inſinuatione, non etiam quod ad maritum pertinet, § 1. *vt
ſponſalitia largit. prop. ſit contractus, col. 9. authe. eo. decurſum C. de*
15 *do. ante nup.* ¶ † 7. Donatio quæ ad remunerationem fit, vel ob de-
fenſam ſalutem, non eget inſinuatione, *l. ſi pater. § fi. & l. Attilius,
de don. P.* Quia ea quæ remunerationis cauſſa, vel ob cauſſam fiũt,
proprie liberalitatis nomine, & donationis proprie non conti-
nentur, *l. hoc iure, § perfici, de donat. in P.* nec ea quę quis in alieni
fundi, vel rei cultura ſcienter impendit, quę donare videtur, at nõ
voluntate, ſed iure ipſo cogente, & ita ſtatuente, *l. in fundo, & l.
redemtores, de rei vin. P.* Idipſum in indebito ſoluto, in pacto quo-
que de non petendo, etiam ex cauſſa lucratiua. *l. ſi donationis. C. de
don. gl. in l. fi. C. ad Maced. facit l. quidam in iure, in princ. de dona. P.*
16 ¶ † Octauo, non egent etiam inſinuatione, ea quæ mortis cauſſa
donantur, quæ vicem relicti cauſſa mortis habent, & quæ tranſ-
eunt in vim legati, *l. donationes quas parentes, § 1. de don. int. vir. &
vxo. l. fi. C. de don. cau. mort. nouella. 87. § nam cum ſciant.* ¶ † At iure
17 Gallico ex conſtitutione Franciſci primi, *in conſt. Fran. prim. publi-
ca. anno 1539. art. 132. & 133.* ſtatuitur, omnes donationes inſinua-
ri debere apud acta iudicum ordinariorum locorum, vbi ſitæ res
donatæ ſunt, vel vbi degunt cõtrahentes, alioquin declaratis nul-
lis donationibus, niſi a tempore inſinuationis, nulla diſtinctione
minoris, vel maioris ſummæ adhibita. Et quia plerique ambiguis
interpretationibus mentem cõſtitutionis diſtrahebant, litesque
veluti ex equo Troiano inde egrediebantur, placuit principi Ca-
rolo 9. *in cõſtitutionib. Molinenſib. latis anno 1566. ar. 58.* apud Mo-
linenſes ſtatuere, & interpretari edictum aui: neceſſitatẽ inſinuã-
di eſſe impoſitam omnibus quibuſcunq; donationibus, ſiue illæ
eſſent inter viuos, ſiue mutuæ, ſeu reciprocæ, ſiue in fauorem ma-
trimonii, ſiue ob cauſſam oneroſam, & cuiuſcunque alterius ge-
neris, videlicet a die quo fiunt, intra quatuor menſes, ſi res & per-
ſonæ contrahentium regni ſint: etſi extra regnum, intra ſex men-
ſes, alioquin eas renuntiat inutiles, & ſine effectu, & actione. Et
proinde, & donatio facta in præmiũ emancipationis filio, in quã-
tum legitimæ ſummam & modum excedit, egebit inſinuatione,
*iuxta l. ſi quis emancipatus, C. de do. notatur late q. Tholo. 460.*

18 ¶ † Ceterum ſcrupulus remouendus eſt, num iuramẽto poſſit
renuntiari inſinuationi, iuramento adhibito, vt quamuis inſinua-
ta non ſit, nequeat reuocari? In quo Guido Papæ tradit poſſe iu-
ramento remitti inſinuationẽ, & ita fuiſſe iudicatum in curia ſu-
prema Gratianopolitana, *Guid. Papæ. deciſio. 351. & 341.* Is tamen
contrarius ſibi eſt in Singularibus ſuis, *Singula. 346. § ex his.* Vide-
tur & ſententiam priorem ſequi Ioannes Faber, *in § aliæ, de ſimo.*
Ioannes Andreas in additionibus ad Speculatorem, *tit. de inſtru-
mentor. editio. § porro.* dummodo dolo, vel metu non fuerit iuratũ.
Quemadmodum, inquiunt, quando quis nequit eiurare priuile-
gium ſibi conceſſum, tamen ſi renuntiationi adiiciat iuramentũ,
ſequimur iuramentum, vt in mulierum contractibus alienatio-
num apparet, *c. cum contingat, de iureiur. ap. Grego. c. licet. eo. titu. in
Sex.* Et videtur inſinuatio inuenta in fauorem dantis, ne decipia-
tur: & proinde, vt putant, poterit ab illo iurãte remitti, cum pro-
uiſio hominis tollat prouiſionem legis, *l. fi. de pact. conuen. C.* Cõ-
traria tamen ſententia verior mihi videtur, vt non valeat donatio
ſine inſinuatione, quantumuis fuerit iurato inſinuationi renun-
tiatum: vt Paulus Caſtrenſis quoque ratus eſt, *in 1. parte conſilior.
conſil. 91.* & Ioannes Andreas, *in addi. ad Specu. § porro. in fi. de in-
ſtrumentorum editione* Baldus, *in l. illud, de ſacroſ. eccle. C. & in l. 2.
C. vt in poſſeſſio. legat. & in l. data, C. de donat.* Bartolus, *in l. Mode-
ſtinus, de don. in P. & in l. ſancimus. § fi. C. eo. tit.* & alii, *vide Cyn. in l. ſi
quis pro redemtione, C. de donatio.* Quia enim hæc ſolemnitas in-
ſinuationis eſt de ſubſtantia actus, non poterit ea remiſſa actus
ſubſiſtere, *l. cum hi, § ſi prætor aditus, de tranſact. P. l. vbi ita dona-
tur, de do. cau. mor. P. l. cum precario, de precario. P.* Et cum hæc inſi-
nuatio non tam in fauorem donantium inducta ſit, quantum in
odium fallentium, qui aucupantur bona aliena illicitis artibus, *d.
l. data, C. de dona.* ideo nec poterit remitti iuramento, ne illud fiat
vinculum iniquitatis, *c. quanto, de iureiur.* Non ſecus quam inuti-
lis eſt remiſſio ſenatuſconſulti Macedoniani, quam facit filiusfa-
milias mutuum accipiens: cum non tam in fauorem filiorumfa-
milias, quantum in odium fœneratorum ſenatuſconſultum factũ
fuerit, *l. tamen ſi non oppoſita, & l. 1. ad ſenatuſconſult. Maced.* neque
malitiis hominum indulgendum eſt, *l. in fundo, de rei vind. P.* &
intereſt reipublicæ, ne quis etiam volens, re ſua male vtatur, *l. 1.
de iis qui ſunt ſui vel ali. iur. P.* atque ideo ei qui voluerit a dona-
tione non inſinuata & iurata abire, facile gratiam iuramenti faci-
endam arbitror. Et proinde etiam non ſufficit in donatione in-
ſertum fuiſſe, eam inſinuatam: ſed oportet de inſinuatione, fidẽ
facere: quia quod de ſolemnitate eſt, oportet probare interueniſ-
ſe, *l. cum ſatis, de agri. & cenſ. l. tutores, de admi. tutor. C.* ¶ † Puto ta- 19
men intra tempora inſinuandi, donatorem poſſe cogere donan-
tem, vt conſenſum præſtet inſinuationi, ſi pollicitus eſt in dona-
tione. ¶ † Formæ aliæ donationibus faciẽdis, ex more regionum 20
vbi fiunt, impoſitæ ſunt, vt apud Longobardos Caroli Magni lex:
*Si quis Longobardus ſtatũ humanæ fragilitatis præcogitans, de rebus
ſuis pro ſalute animæ chartam donationis quamlibet facere voluerit,
non ſicut hactenus fieri ſolebat, ius ſibi eandem rem vendẽdi, commu-
tandi, & per aliam chartam alienãdi reſeruet: ſed abſolute vnuſquiſ-
que de rebus ſuis faciat quod velit, & nouerit a noſtra auctoritate ſibi
penitus interdictum, duas de eadem re facere donationes, & poſſit ta-
men vſumfructum per precarium retinere, in capitulis additis ad le-
ges Longobardorum per Carol. Magn. c. 1.* Alia eorundem lex a rege
Lothario lata. *Si quis res ſuas alii thingare voluerit, non abſconſe, ſed
ante liberos homines ipſum garantix,* (id eſt, claram donationem,)
*faciat, quatenus qui thingat* (id eſt, donat vniuerſa, vel ſimplici-
ter,) *& qui giſiles* (id eſt, teſtes) *liberi ſint, vt nulla in poſterum oria-
tur contentio. l. 1. de donationib. quæ cũ thingatione, id eſt cũ donatione
vniuerſorum ſeu ſimpliciter fiunt, vel cum lannechild, id eſt ſpeciali-
ter, vel ob remunerationem, li. 2. legum Longob.* ¶ † Habent Longo- 21
bardi ſpeciem donationis remuneratoriæ, quam vocant lanne-
child, Galli vocant, (*vne pareille.*) In legibus Longobardorum, de
ea lex hæc. *Si quis res ſuas cuicunque donauerit & poſtea qui donaue-
rit, lannechild requiſierit, tunc ille qui acceperit, aut heredes eius, iu-
rent quod lannechild redditum ſit. Et ſi auſus non fuerit iurare, quod
compoſitum, reddat ei ferquidium,* (id eſt, ſimile quãtum in illa die
fuit, qua datum eſt) *& ſi iurauerit, ſit abſolutus, l. ſi quis res ſuas, 3.
eod. tit. de donat. li. 2. Longob.* ¶ † Forma donãdi in iure recepta eſt, 22
vt donatis & traditis inſtrumentis emtionum rerum, res illæ do-
natæ cenſeantur, *l. 1. C. de do.* Item ſi quis patiatur ſciens res ſuas, ab
alio veluti proprias in cenſum deferri, donaſſe videtur, *l. cenſualis,
7. & l. ſi præſes, 8. C. eod.*

## De Donatione cauſſa Mortis. Cap. 14.

Lib. 2. Inſtit. tit. 7. Lib. 39. P. tit. 6. Lib. 8. C. tit. 57.

1 *Donatio cauſſa mortis quid.*
2 *Differentia eius, & mortis cauſſa capionis.*
*Mortis cauſſa capio quid, eod.*
3 *Eius tres ſpecies.*
4 *Donare quæ perſonæ cauſſa mortis, & quibus poſſunt.*
5 *Forma.*
6 *Donationis cauſſa mortis finis. & cauſſa.*
7 *Donationis cauſſa mortis effectus perpendit mortis tempus, non donationis factæ.*
8 *Donatio cauſſa mortis quot modis reuocari poteſt.*
9 *Et quando irreuocabilis.*
10 *Quod in ea ſubſtitui poteſt.*
11 *Eiuſdem formula ſubſtantialis.*

DOnatio † cauſſa mortis, aliam a donatione, quæ inter viuos 1
valet, formam recipit. Et ea eſt, quæ propter mortis inſtantis
fit ſuſpicionem: cum quis ita donat, vt ſi quid humanitus conti-
giſſet, haberet is qui accepit: ſi autem ſuperuixiſſet, is qui dona-
uit acciperet, aut ſi eum donationis pœnituiſſet, aut prior deceſ-
ſerit is cui donatum ſit, *§ mortis cauſſa, de dona. ap. Iuſt. in l. 2. 3. 4.
5. 6. de donat. cau. mor. P.* Et in ſumma hæc donatio continet, vt is

qui

qui donat, malit habere, quam eum cui donat, & eum cui donat,
quam heredem ſuum, *l.1. & l. ſenatus, 35. de mor. cauſſ. dona. §. & in*
*ſumma de dona. ap. Iuſt.* Ita imperfecta hæc erit donatio, pendens
ex euentu mortis, quo perficitur. *l. non videtur perfecta, de don. cau.*
2 *mor.* ¶† Differt a mortis cauſſa capione donatio cauſſa mortis, vt
ſpecies a genere. Quia quicquid occaſione mortis alterius capi-
tur, mortis cauſſa capio dicitur, etſi donatio non ſit: veluti quę ca-
piuntur legati iure, vel conditionis implendæ gratia. *l. qui pretio*
*accepto, 8. de mortis cau. dona. P. l. inter mortis cau. 38. eo. titu.* Quo
fit, vt quamuis mortis cauſſa donationes ad exemplum legatorũ
dicantur redactæ per omnia, *§ hæ mortis cauſſa donationes, de do-*
*nati. l. illud, 37. l. 4. l. Marcellus, 15. §. fi. & l. ſeq. & l. ſi debitor conſi-*
*lium, de mor. cau. dona. P. §. nam cum ſciret, nouell. 87.* tamen lega-
tum non eſt donatio cauſſa mortis, ſed in multis differunt: quæ
colligit & probat Accurſ. fuſe, *in §. nam cum prudentibus, in verbo*
*fere, de dona. ap. Inſt.* vt non opus ſit hic tranſcribere. Item mor-
tis cauſſa capimus, & alterius quam donantis mortis occaſione,
& eo modo donatio cauſſa mortis ſub ea continebitur, ſi occa-
ſione mortis alterius donetur, *d. l. qui pretio, 8. & l. ſi mulier, 12. & l.*
*mortis cauſſ. capimus, 18. & 31. de mortis cau. donat. l. 3. C. eod. tit.*

3 ¶† Vlpianus ex Iuliani ſententia, *in l. 2. de dona. cau. mor.* tres
ſpecies donationum mortis cauſſa ponit: vnam, cum quis nullo
præſentis periculi metu conterritus, ſed ſola cogitatione morta-
litatis donat. Aliam, cum quis imminente periculo commotus
ita donat, vt ſtatim fiat accipientis, *ſed reuocatur conualeſcente do-*
*nante, l. 1. §. item cum ipſe, de donat. P.* Tertiam, ſi quis in periculo
mortis, non ſic det vt ſtatim fiat accipiẽtis, ſed tum demum, cum
mors fuerit ſecuta.

4 ¶† Res quæ veniunt in hãc donationem, & perſonæ illæ ſunt,
quæ & alias donationes facere, & capere poſſunt. Et vltra filius-
familias & coniunx, quibus inter viuos nõ poſſe donari diximus,
iſtius capaces ſunt, *l. donationes quas parentes, de donat. inter vir. &*
*vxo. C. & l. pen. de don. cau. mort. P.* Cui permittitur teſtari, & mor-
tis cauſſa donare permiſſum eſt, *l. Marcellus, 15. de don. cau. mor.*
*P. l. cum hic ſtatus, 33. §. ſi miles, de dona. int. vir. & vxo. P.* quanquam
de facto teſtamentum non condiderit, cum facere tamen poſſet,
*l. tam is 25. de don. cauſſ. mor. P. l. conficiuntur, §. 1. & l. diuus Seuerus,*
*§. pen. de iur. codic. P.* excepto filiofamilias, qui cum recte teſtamẽ-
tum non faciat, tamen recte, permittente patre, donare cauſſa
mortis poteſt, *l. qui in poteſtate, de teſta. P. l. 3. qui teſta. fa. poſ. C. quib.*
*non eſt permiſſ. fac. teſtam.* & quibus legari poteſt, iiſdem mortis
cauſſa relinquere licet, *dict. l. ramis, §. fin.*

5 ¶† Forma ſecundum quam actio poſtea, & effectus huius ſe-
quatur donationis, ex conſenſu & auctoritate legum pendet. O-
lim præſenti tantum fiebat, *l. omnib. & l. ſenatus, de don. cau. mortis.*
*P.* & ſtipulãti tantum, aut interueniente traditione, *l. inter mortis,*
*38. de mor. cau. dona.* hodie exemplo aliarum donationum fieri
poteſt, *l. mort. cauſſa donatio, 34. & l. ſenatus, 35. de donat. cauſ. mort.*
*P.* nec actis tamen publicis indigere eas, ſeu inſinuatione reſcri-
ptum eſt: ſed tantum exemplo vltimarum voluntatum, ſi fiant ex-
traneis, præſentia quinque teſtium: ſi fiant liberis, duorum, *per l. ſi*
*quis argentum, §. fi. de dona. C.* Poteſtque in ea fideicommiſſum in-
ſeri, vt altero defuncto, ad alterum portio earum rerum, quæ do-
nabãtur pertineret, *l. fi. C. de dona. cau. mor. l. fi. C. de iur. codicill.*
Oportet autem in omni ſpecie donationis mortis cauſſa, mortis
mentionem interuenire, alioquin ex eo ſolo, quod quis moritu-
rus donat, non videtur ea cauſſa mortis, niſi adiiciat, donare ita, *in*
*l. 1. C. de don. cau. mor. C.* neque etiam mortis mentio donationem
cauſſa mortis facit, niſi expreſſe dicatur. *l. Seia, 42. §. fi. de mor. cau.*
*dona. P.* Atque aliud eſt morientem abſolute donare, aliud mor-
tis cauſſa donare, *Barth. per l. nam ſi cum moriar, de cõdi. indeb. Bal.*
*in l. pro hereditariis, de heredita. actio. C.*

6 ¶† Eſt enim ea cauſſa mortis, propter quam fiat donatio, vide-
licet mortalitatis cogitatio, intuitu præſentis, vel inſtantis pericu-
li mortis, *l. Seia, §. fi. de don. cauſſ. mor. P.* Inſtans periculum conti-
net hoſtes, prædones, potentis hominis imminentem crudelita-
tem, nauigationem, iter per inſidioſa loca, ſenium, infirmam va-
letudinem, *l. 2. de dona. cau. mor. P.* ex quibus mors poſſit ſubito
ſequi, interim volente donante ante mortem, potiri rebus dona-
tis, *l. 3. 4. 5. 6. eo. titu.*

7 ¶† Quamobrem inſpicimus ad perfectum huius donationis
effectum, mortis tempus, *l. 1. eo. titu.* quod pertinet videlicet ad
tranſlationem dominii rei donatæ, & ad executionem donatio-
nis, veluti tunc veniente & cedente die, & implemento condi-
tionis, *l. in mortis cauſſa donationibus, eo. tit.*

¶† Reuocari itaque poterit hæc donatio, quæ morte tantum 8
confirmatur, *l. fi. de dona. int. vir. & vxo.* Primum, ſi ante pœniteat
donantem, *l. cum hic ſtatus, § pœnitentia, de don. int. vir. & vxor. l.*
*qui mortis cauſſa l. 30. & l. ſenatus, §. 1. de mortis cau. dona. P. §. 1. de*
*donatio. apud Iuſtin. l. 3. C. de mort. cauſ. donatio. nouell. conſti. 87. §.*
*ceterum.* 2. Si is cui donatur ante donantem moriatur, *l. Seia, l. 42.*
*& l. ſi ii qui inuicẽ, 26. l. ſi mortis cauſſa, 29. de donatione cauſſa mor-*
*tis. P.* 3. Si ob imminens periculum facta ſit, & tamen periculum
non ſit mors ſecuta, *l. mortis cauſſa capitur, § ſi donaturus, de don.*
*cau. mort. P.* Nam actus fiebat eo animo, qui non operatur vltra
eius intentionem, *l. non omnis numeratio, de reb. cred. P.* & ceſſante
cauſſa, ceſſat effectus, *c. cum ceſſante, de appella. l. adigere, § quãuis,*
*de iure patro. in P.* Quæ intelligenda ſunt, quando donatio cauſſa
mortis ſimpliciter facta eſt. ¶† Nam ſi in ea adiectum ſit, ne reuo- 9
cari poſſit, lex ſequenda eſt. Quia & iura ſtatuũt, ita fieri poſſe do-
nationes cauſſa mortis, vt irreuocabiles ſint, *Iulia. in l. ſi alienam,*
*13. §. Marcellus, & l. ſenatus, § ſi ſic, de mort. cauſ. don. P.* Alioquin e-
nim reuocabiles ſunt natura, per cõdictionem cauſſa data, cauſſa
non ſecuta, aut actione in factum, *l. mortis cau. capitur, § ſi donatu-*
*rus, de mor. cau. don. P.* vel vtili in rem, vel condictione, *l. qui mortis*
*cauſſa, 30. eo. ti.* Quando autem reuocatur, reſtitui debent vna cũ
re fructus, *l. cum quis mortis cauſſa, de condictio. cauſ. P.* ¶† Poteſt 10
& ſubſtitui ei, cui mortis cauſſa donatũ eſt, *l. ei cui, 10. de mor. cauſ.*
*don. P. l. vt heredib. 51. de lega. 1.* At in petitione detrahi poteſt a do-
natione cauſſa mortis per heredem donantis quarta Falcidiæ ex
ea, *l. vbi ita donatur, 27. & l. Seia, 42. de do. cau. mortis, l. 2. & l. penul.*
*& l. in donationib. C. ad l. Falcid.* Quamobrem in hoc, vt & in re-
uocatione, conſentit legatis & in aliis.

¶† Quocirca animaduertendum iterum moneo, bene conſi- 11
deremus hoc ſubſtantiale eſſe, huic donationi, vt nominatim fiat
propter periculum mortis aliquod, quod timeatur: alioquin ſi de
eo nihil expreſſe dictum, exiſtimatur eſſe ſimplex inter viuos, &
irreuocabilis donatio, quanquam is qui donat ſit morti proxi-
mus. Nam infirmus ſimpliciter donans, donare videtur inter vi-
uos, *l. Seia, §. fin. de donat. cauſſ. mor.* etiam ſi mẽtio mortis fiat, quæ
pro hac donatione non ſufficit: niſi & cauſſa mortis fiat. Nam po-
teſt eſſe adiectio mortis, taxatio tẽporis donationis inter viuos:
veluti ſi dicatur, vt poſt mortem donata perueniant ad eum cui
donatur: in quo tamen donatio ſimplex & inter viuos, cum mo-
do conſtituitur, *Bal. poſt Petrum & Cyn. in l. quæ dotis, ſolut. matr.*
*Franciſ. Aret. conſi. 41. & 64. Petr. de Ferra. in libello pro don. in ver-*
*bo, ex cauſſa donationis inter viuos, Oldr. conſ. 139.* Quo caſu differ-
tur actio tantum poſt mortem donantis, *l. 1. vt actio. ad her. & con-*
*tra hered.* Cuius exemplum exſtat apud Tobiam, 8. *in fi.* quando
Raguel ſocer Tobiæ iunioris, eidem dimidiam partem bonorũ
omnium, quæ poſſidebat, dedit, fecitque ſcripturam pars dimi-
dia, quæ ſupererat, poſt obitum eius, ad eundem Tobiam perue-
niret. Notat & Alexãder, non ſufficere in donatione cauſſa mor-
tis, mentionem facere in genere mortis, niſi in ſpecie fiat, *Alex. in*
*d. l. quæ dotis per illum text. ſolut. matrim.* Poſſumus tamen aliquã-
do ſine expreſſione mortis, cauſſam mortis colligere: veluti ſi itu-
rus peregre, vel mare intraturus, aut in expeditionem militarem
profecturus eſſet, aut graui infirmitate detentus: nam tunc cauſſa
& metu mortis donatio facta colligitur, & ideo erit reuocabilis,
*late Guillel. Bened. in c. Raynutius, in verb. teſtamentum, 4. nu. 23. &*
*24. de teſta.* Videntur Longobardi eam donationem ſimplicem
inter viuos, cuius executio poſt mortem differtur donantis, no-
minare *idolaip*, cuius lex illorum hęc eſt. *Si quis res ſuas alii thinga-*
*uerit, & dixerit in ipſo thinx, idolaip:* id eſt, ꝙ in ipſo die ſui obitus
ei relinquet, *non diſpergat poſtea ipſas res doloſo animo. Et ſi talis ad-*
*uenerit neceſſitas, vt terram mancipiis vendere, aut loco pignoris po-*
*nere debeat, aut ſine mancipiis, dicat prius ei cui thingauerit. Ecce vi-*
*des, quia neceſſitate compulſus res iſtas volo vendere, ſi tibi videtur*
*ſubueni mihi, & res iſtas conſerua in tua proprietate: tunc ſi noluerit*
*illi ſubuenire, quod alii dederit, ſit illi ſtabile & firmum qui acceperit,*
*lib. 8. legum Longo. tit. de donat. l. 1.*

## De Fine, Cauſſis, & Actione donationis.
## Cap. 15.

1 *Donationis conſtituendæ finis ſocietatis humanæ conſeruatio.*
2 *Dominia rerum tribus modis primum poſt diuiſionem tranſlata,*
*permutatione, donatione, ſucceſſione.*
3 *Donatio quare irreuocabilis.*
4 *Donatarius quomodo agat, & pro quibus in donantem.*

5 *Euictio num locum habeat contra donantem rem alienam.*
6 *Donans qua actione, & pro quibus agit contra eum, cui dedit.*
7 *Donatio quibus ex cauſſis reuocetur.*
*Ingratitudinis cauſſa quando, & quas reuocat donationes. eod.*
8 *Ingratitudinis cauſſa heres defuncti non conqueſti donationes non reuocat.*
*Vel ſi præmoriatur ingratus ante querelam. eod.*
9 *Donatio inofficioſa quando, & quatenus reuocatur: & quando ex ſuſceptione liberorum.*

1 FInis † propter quem donationes inductæ firmæ ſunt ſocietatis humanæ conciliatio videtur, & conſeruatio, vt virtutem illam liberalitatis exercentes, & multos nobis amicos comparemus, & comparatos retineamus: inimicos conciliemus, *Prouerb. 21. & 22.* Atque hanc quodammodo ſibi nobilitas legem imponit, vt debere ſe, quod ſponte tribuit, exiſtimet, & niſi beneficiis creuerit conferendis, nihil ſe præſtitiſſe putet, *cap. 1. de dona. ap. Grego.* donatio liberalitas dicta ideo, *l. hoc iure, l. non poteſt, de dona.* Et, *Beneficium eſt*, inquit Seneca, *3. de benef. l. donari, de reg. iur. l. donari, de don. P. quod quis dedit, cum ei liceret non dare.* Et ad excellentiam pertinere dicitur, aliis in neceſſitatibus liberaliter prouidere, *c. grandi, de ſupplen. negligen. præla. in Sexto.* Et in Poſſidippi fragmentis, ὁ διδοὺς ἐπιφανὴς ὁ λαμβάνων, *qui dat illuſtris eſt, & qui accipit illuſtris quoque*, quanquam vt ſcribit Suidas, καὶ δὸς, πᾶς ὁ βίος, λάβετ' οὐδ' ἐπὶ ναυσὶν ἀκούσῃς, id eſt, *da, omnis vita eſt: cape autem, neque in nauibus audieris, Suid. in verb.* δὸς, quod tamen ad ingratos omnino pertinet. Nam alioquin vt Phallaris ἀσυπαλλαιεῦσιν ſcribit, *epiſtola. 101.* πῶς γὰρ ἂν ἀγνοήσειεν, ὅτι τῆς μὲν χαρίσασθαι τῆς τοῦ διδόντος ἐπιμελείας ἔπαινός ἐστι: τὸ δὲ χρήσασθαι τοῖς δοθεῖσιν ὡς προσῆκε ταῖς τοῦ λαβόντος εὐλογιστίαις: id eſt, *largiendi curã pertinere ad laudem donantis, vſum autem datorum, vt oportet, eſſe accipientis, & rationis bene compoſitæ.*

2 ¶ † Tres, vt opinor, modi fuerunt transferendi dominii præcipui, & primi poſt rerum diuiſionem: quorum vnus permutatio fuit, inter eos qui ſuperflua, vel minus vtilia, vtilioribus & neceſſariis commutabant. Alter fuit hominum ingenuorum & præſtantiorum donatio. Tertius fuit omnibus communis, ſucceſſio ab inteſtato proximiorum: ex quibus alii nati breui tempore, & vrgente commerciorum neceſſitate ſunt. Ariſtoteles largitionum cauſſas duas generales ſic exprimit. *Largitionibus vtuntur omnes, aut quoniam aliquid inde ſperant, aut quod ſuſceptorum beneficiorum gratiam referant, Ariſtot. in fine Rhetoricorum ad Alexand. Qui dat conſiderate, nihil ex dono ſperans, & nihil antea acceperit, vere liberalis, qui accepit & remunerat laudabilis. At qui accipit ſemper, & nihil dat, vere auarus*, de quo Iob ſcribit, *ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera lubenter, Iob cap. 15. in ſine. ac-*
3 *cipiunt.* ¶ † Ceterum quia nos iuuari, non decipi oportet beneficio, *l. in commodato, §. ſicut, commodari. P. c. ſi. eo. titu. ap. Grego.* voluerunt Iuriſconſulti donationes effectum ſortiri. Etſi quidem donatio cœperit a traditione, nulla ſupereſt actio, eoque nulla relinquitur obligatio, ea euacuata ſolutione eius quod debetur. *§. 1. quibus mod. toll. oblig.* Contra, ſi a promiſſione cœperit, quia ex promiſſione obligatio, etiam ſi nuda ſit, & ſine traditione, ex lege ſeu conſtitutione Iuſtiniani, *l. ſi quis argentum, §. fin. C. de don.* ex obligatione autem legitima actio, *l. licet, §. ea obligatio, de pro-*
4 *cura.* ¶ † Agit igitur donatarius contra donatorem, vt donatam rem conſequatur, ex ſtipulatu videlicet, ſi res per ſtipulationem incerta donetur, aut actione certi, ſi certum donetur, *l. ſi quid certi, ſi cert. petatur, P. l. ſi quis argentum, 35. C. de donat. in prin. & §. 1.* At ſi ſine ſtipulatione facta fuerit donatio, agetur ex condictione legis, ſi quis argentum. §. fin. de donatio. C. *l. 1. de condict. ex. leg. P.* Interdum ſi quis conſtituat pro alio ſe ſoluturum, actione de cõſtituta pecunia agitur, *l. qui id quod, 34. de don. P.* vt & is aget contra eum qui dare iuſſit ſuo nomine, actione mandati. Qui fundũ, vel aliam rem fructuoſam donauerit, ſi non reſtituat vt poſſeſſor damnandus eſt, & fructuum nomine, ſi non conſumſerit in ſolidum, condemnandus, *l. hoc iure, 19. §. ſi quis dederit, de do. in P.* potuit enim non periclitari, inquit Paulus, ſi ſtatim reſtituiſſet: ſi dolo malo deſiit poſſidere, in litem iurabitur, & tanti ſequetur condemnatio. *l. Neſennius, 41. § fundum, de re iudic. P.* Veruntamen non teneri donatorem ob moram ſolutionis ad vſuras, ſummæ æquitatis eſſe dixit Modeſtinus, cum inter contractus bonæ fidei non numeretur donatio, *l. eum qui, 22. de don. P.* Imo & placuit damnatum in ſolidum donatorem, tamen non teneri vltra, quam facere poſſit, deducto ære alieno, *d. l. Neſennius, §. fi. de re iud. & l. diuus, eo. tit. l. qui ex donatione, 12. & l. qui id quod 34. §. fin.* & deducto ne egeat, *l. in condemnatione, de reg. iur. & l cum ex cauſſa, de re iud. P.* Vtitur & hoc priuilegio, qui conſtituit ſe ſoluturum pro eo qui ex cauſſa donationis ſtipulanti ſpoponderat, *dict. l. qui id quod, 34.* At, vt notat Tryphonius, ſi Titius mihi volens donare, delegatus a me creditori meo ſtipulanti ſpoponderit, non habebit aduerſus eum illam exceptionem, vt quatenus facere poteſt condemnetur. Nam aduerſum me tali defenſione merito vtebatur: quia donatum petebam: creditor autem debitum perſequitur, *l. ſi Titius, 33. de nouat. li. 46. P. tit. 2.* Hocque fit, quia qui donat delegationem accipiens debiti eius, cui donauit, ſtipulando creditori donatarii nouam obligationem cum creditore contraxit, & ideo ei non vt donator debitoris, ſed vt debitor ex promiſſione conuenitur a creditore. ¶ † Sed quæritur, num donatarius 5
poſſit etiam experiri de euictione contra donatorem, ſi is alienã rem donauerit, & ea euicta ſit? & Labeo reſpondit, ſi quis mihi rem alienam donauerit, inque eam ſumtus magnos fecero, ſi ea mihi euincatur nullam mihi actionem contra donatorem competere: & plane de dolo poſſe me aduerſus eum habere actionẽ, ſi dolo fecit, *l. Ariſto. 18. § fin. de do. P. vid. ibi Caſtrenſ.* Sed hanc ſententiam Labeonis veteris fuiſſe iuriſprudentiæ Azo putat, & hodie teneri donatorem de euictione. Alii melius diſtinguunt. *gl. in d. §. fi. l. Ariſto.* num donando nominatim de euictione cautum ſit: & tunc teneri, ſi dictum, *l. 2. C. de eui.* aut ſi cautum non ſit, quærunt an a traditione inceperit donatio: an vero a promiſſione ſeu ſtipulatione, vt in traditione non ſit locus euictioni, ſed actioni de dolo ſi adſit, vt conſequatur ſumtus, *d. l. Ariſt. §. fi. niſi in caſu, l. qui alienum, 14. eo. tit. P.* ne quod benigne contulit, fraudis conſilio reuocet, *l. ad res, de ædil. edict.* Quod ſi a promiſſione cœperit, locus erit euictioni *per l. 1. de iure dot. C.* quia ſimilis donatio emtioni, *§. alia, de donat.* in qua euictio locum habet, *tot. titu. de euict.* Et qui tenetur ad dandum, præciſe ad dominium transferendum ſe obligat, *l. vbi autem non apparet, §. fi. de verb. obl.* nec ante ab obligatione ſe liberat, quam dominium transtulerit, quod alienam rem tradendo implere nequit, *l. cum quis, § ſi hominem, de ſolutio. l. ſi rem meam eo. tit. P.* ¶ † Datur contra etiam actio ex donatione 6
donatori, contra donatariũ, pluribus ex cauſſis: veluti ad implendam donationem, ſi donatarius nõ impleat ad quod cogi poteſt, & actione præſcriptis verbis, *in l. hereditatem, 28. de dona. in P. l. legem quam dixiſti, 9. C. eod. titu.* vel incerta ciuili actione, *l. cum res, 22. C. de don.* vel ex ſtipulatu, ſi ſtipulatio interuenerit, *d. l. legem quam dixiſti.* Licet etiam in hac cauſſa donatori agere actione vtili rei vindicationis, vt dominium priſtinum non implente donatario legem donationis, ei reſtituatur: & poteſt quoque condictione, id eſt actione in perſonam vti, *l. 1. de donation. quæ ſub mo. li. 8. C. tit. 55.* Quatenus autem repetat, Marcellus paucis præſcripſit, *l. ſi mulier, 6. de don. int. vir. & vxo. P.* In donationibus, inquit, iure ciuili impeditis, hactenus reuocatur donum ab eo, vel ab ea cui donatum eſt, vt ſi quidem exſtet res, vindicetur: ſi conſumta ſit, cõdicatur, eatenus, quatenus quis locupletior factus eſt. Quia, inquit Caius, *l. quia quod 7. eod. tit. P.* quod ex non conceſſa donatione retinetur, id aut ſine cauſſa, aut iuſta cauſſa retineri intelligitur: ex quibus cauſſis condictio naſci ſolet. ¶ † Agit & ex certis 7
cauſſis tantum reuocatoria donator: non tamen ex arbitrio, quia pœnitentia non reuocatur, *l. 2. 3. 4. & l. velis nolis, l. 6. C. de reuoc. don. li. 8. C. tit. 56.* nec reſcripto etiam principis, *l. ſi donationem, 5. C. eod. titul.* Cauſſæ porro ſunt, ingratitudo liberti, vel filii, quibus donatum eſt, *l. 1. eo. tit.* videlicet, ſi de donatione ſimplici agatur. Nam ſi agatur de donatione ob cauſſam, vel de remuneratoria, illæ non reuocantur propter ingratitudinem, *Boer. deciſi. 27. gloſſ. 2. in l. fin. & ibi Bald. Salyc. de Ripa de reuoc. don.* Parum autem in aliis pactum de non reuocanda donatione prodeſt, ne reuocetur ingratitudine commiſſa, *Idem Boerius conſ. 48. num. 11. & 10.* Ingratitudinis cauſſæ, atroces iacturæ, molem ſubſtantiæ eius ingerere, vitæque diſcrimen, conditiones donationis non implere, *l. fin. C. eod. de reuoc. don.* Mater [illegible] quæ donauit filiis, non poteſt iure Codicis reuocare, propter ingratitudinem filiorum, donationem, ſi ea turpiter vixerit & luxurioſe poſt mortem mariti, vel ad ſecundas peruenerit nuptias, *l. his ſolis, 7. de reuoc. don.* Quod hodie iure nouiſſimo temperamentum habuit, vt liceat reuocare in tribus tantum caſibus: ſi eius vitæ filius inſidietur, ſi manus impias ei intulerit, ſi totius ſubſtantiæ molitus ſit ei iacturam, *§. mater tamen, de nupt. colla. 4. in Authen. vnde ſumta authenti. quod mater, C. de reuo. dona.* ¶ † Obſeruandum tamen, cum de reuoca- 8
tione ob Ingratitudinem agitur, quæri poſſe tantum de ea donatorem,

torem, qui ſiluerit, & non fuerit conqueſtus: poſt eius mortem non licet, propter ingratitudinem agere reuocatoria eius heredibus. Idipſum ſtatuendum, ſi donatarius ingratus moriatur, antequam contra eum ſuperſtes donator conqueſtus fuerit, vt non liceat donatori contra eius ſucceſſores conqueri, vel reuocare donatum, *l. 1. l. his ſolis, l. fina. C. de reuo. do. l. omnimodo, de inoffic. teſta C. l. quæ a patre, de reſti. milit. C.* quia delicta ſint perſonalia, *l. ſi pœ. in P. l. ſancimus, C. eod.* & remiſſa videatur diſſimulatione iniuria, *§. fin. de iniu. ap. Juſt.* cum viuens non fuerit conqueſtus de iam facta: nam ſi poſt mortem donatoris ingratitudo committeretur in defunctum, æquum puto priuari donato, perſequentibus heredibus, *l. 1. de his quib. vt indig. P.* ¶ † Alia cauſſa reuocationis do-
9 nationis eſt, ſi ea inofficioſa ſit: interdum enim & ipſe donator reuocat totum, vt ſi libertis vel extraneis nulla cogitatione liberorum futurorum tactus donaſſet liberto, *l. ſi vnquam, 8. C. de reuoc. don.* Præſumit enim lex donatorem, ſi cogitaſſet de liberis, immenſam hãc donationem vel nullam liberto feciſſe: nemo enim præſumitur alienam ſobolem ſuæ antepoſuiſſe, *l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſ. l. cum auus, de cond. & demonſtr. l. tale pactum, §. fin. de pact.* vel ita præſumitur donaſſe ex illa legis prouiſione, ſi liberos non ſuſcepiſſet. Et proinde eadem locum non habent in donatione facta ab eo, qui iam habebat liberos, vel qui in negotio quod agit mentionem fecit de liberis, vt non poſſit ea ratione, quod non cogitarit, defendi, *vt in l. ſi Titia, §. Imperator, de leg. 2. l. ſi liqueat, de inoff. don. l. 1. C. de pact.* vel ſi donauerit eccleſiæ, quę fauorabilior eſt liberis, *can. ſi. 17. q. 4.* & loco liberorum eſt, *cap. in præſentia, de probat.* Tradunt etiam interpretes, donationem extraneo factam, ſuſceptione liberorum non reuocari, ſi ea facta ſit in remunerationem beneficiorum a donatario acceptorũ, *Ang. in d. l. ſi vnquam, Lud. Rom. conſ. 26.* Item Socinus notat, non reuocari natiuitate liberorum donationem factam in contractu matrimonii donantis, quem alii plures ſequuntur, *Soc. conſ. 53. vol. 4. & conſi. 147. vol. 1. & in l. 2. & ibi alii quoque interpretes ſolu. mat. P. Tiraq. in l. ſi vnquam, in verb. prius, nu. 67. & ſeq. vide Boer. deciſ. 159. nu. 8. 9. & 16.* quia tunc de liberis procreandis cogitaſſe videtur. Quamobrem idipſum verum non erit, ſi in contractu matrimonii alterius, quam ſui donauerit; quia tunc non præſumitur de ſuis liberis cogitaſſe, *vt aiunt proxime citati Tiraq. Stepha. & Bertra. d. conſ. 157. incipi. ſine donatio. & conſil. 383. incip. viſo caſu ſuperius volum. 2.* Placuit etiam liberos naturales tantum natos tempore donationis non eſſe impedimento; quominus natis naturalibus, & legitimis, reuocetur donatio, per l. ſi vnquam: Imo legitimatione eorundem ſecuta, tamen per ſubſequens matrimonium reuocari, *diſputat Boerius in deciſio. 159. nu. 18.* De filiis autem naturalibus, & legitimis iam natis, quando donatio fit, num illis cogitationem inferant futurorum liberorum, & num poſtea ſuſcepti reuocent ex integro, diſtinctio adhibetur: an pater habeat exoſum filium iam natum, & tunc reuocetur donatio tantum vſque ad legitimam natorum, querela inofficioſi, *Bal. in l. 1. de inoffic. don. & ibi Pau. Caſtrenſ.* aut non haberet exoſum, & tunc non reuocet: quia cogitaſſe videtur de liberis, nec maiorem, imo minorem videatur habuiſſe in naſcituros, quam natos affectionem, *Jaco. Butriga. in d. l. 1. de inoffi. dona.* Alio autem modo diſtinguit Ioannes de Ripa: aut pater, inquit, donando partem facultatum, plura retinuit pro ſe, filio iam nato, quam donauerit: quo caſu conſtat filium iam natum dilexiſſe, & conſequenter naſcituros prædilexiſſe, ſi de iis cogitaſſet. Aut plus donauit, quam pro ſe, vel filio nato retinuerit, & tunc debeat natiuitate filii reuocari, videlicet ſi pater filium natum habebat exoſum, pro portionibus filiorum ſupernaſcentium, *Ioan. de Ripa & Boerius deciſ. 259. num. 16.* Si vero exoſum non habuiſſet, natiuitate filiorum, in totum reuocari donationem, & habere locum deciſionem legis, ſi vnquam. Sic ex perſona donatoris, & eius præſumta voluntate de liberis, reuocatio fiet donationis, illis ſuſceptis: neque prius ad inofficioſæ donationis querelam perueniendum eſt, quamdiu ex perſona donatoris, vel reſtitutione eius in integrum reuocari poterit datum, *arg. l. ſi is qui, de iure codicil. P.* cum hæc querela, exemplo inofficioſi teſtamenti, ſit tantum ſubſidiaria, *l. ſi filius tuus, 4. & l. cum donationibus, 6. & l. fina. de inofficio. do. lib. 3. C. tit. 29.* At vbi reſtitutio illa deficit, tunc per querelam inofficioſæ donationis reuocabuntur donationes immenſæ, liberis vel extraneis factæ, per liberos alios, vel per natos poſtea, quatenus pars quarta, & legitima illis ſuppleatur, *l. 1. & 2. & l. ſi totas, 5. & l. ſi mater, 7. & l. ſi licuerit, 8. de inoffic. donat. Cod. l. auth. vnde et ſi parens, C. de inoffi. teſt.* ſiue parens teſtatus, ſiue inteſtatus deceſſerit, *l. 3. C. de inoffi. dona.* dummodo, qui conqueri vult, non agnouerit iudicium defuncti, *l. cum donationibus. C. de inoffi. dona.* aut non ſit ingratus, *§. hæc itaque, de inoff. donat.* & intra tempora conſtituta huic querelæ, id eſt, intra quinquennium experiatur, *l. fin. eod. de inoff. donat.*

# DE OBLIGATIONIBVS
## QVÆ EX QVASI CONTRACTV.
## LIBER XXIX.

### De Obligationibus quæ ex quaſi contractu. Cap. 1.

1 *Obligatio ex quaſi contractu vnde.*
2 *Obligatio ex quaſi contractu quinque habet ſpecies, & quas.*
3 *Negotiorum geſtorum ſpecies, vel viuorum, vel mortuorum.*
4 *Negotiorum geſtor quis proprie.*
*Et quot ſpecies eorum, qui negotia viuorum gerunt eo.*
5 *Negotiorum mortuorum geſtores, quot ſpecies.*

1 EXpediti † ab explicatione contractuum nominatorum, & innominatorum, pauca de quaſi contractibus perſequamur, operæpretium eſſe duxi. Ex his enim quæ gerimus, aliis nos teneri, & alios nobis obſtringi aliquando æquum eſt, idque quia non ex contractu accidit: quia nullum fecimus contractum, neque ex delicto tenemur: quia nullum crimen adeſt, ex quaſi contractu obligari dicimur, *§. 1. de obligatio. quæ ex qua. con. naſc. lib. 3. Inſti. tit. 28.*

2 ¶ † Obligationum ex quaſi contractu ſpecies quinque, ortæ, 1. ex negotiorum geſtione, *§. igitur, eod. titu.* 2. ex tutelæ iudicio, *§. tutores, eod.* 3. ex communione rerum aliunde quam ex ſocietate, *§. item ſi, eod.* 4. ex aditione hereditatis. 5. ex indebiti ſolutione, *§. item is cui & ſeq. eo. tit.*

¶ † Et hac diuiſione vtitur Iuſtinianus. Ego memoriæ facilioris cauſſa, omnia ſub negotiorum geſtorum nomine contineri dico. Negotia porro alterius geruntur, vel viui, vel mortui, *l. 3. de negot. geſt. P.* Rurſum qui aliena negotia viuentis gerunt, vel cum mandato, vel ſine mandato gerunt: cum mandato, procuratores, quorum conſideratio in proprium tractatum mandati reiicitur, vtpote a generali nomine in proprium nomen conuentione tranſeunte, *l. item ſi cum putaui, de neg. geſt. d. §. igitur, de oblig. quæ ex quaſ. delict.* 3

¶ † Qui ſine mandato gerunt, ſunt proprie negotiorum geſtores: & ii vel obligatos in ſolidum habent dominos, quorum negotia gerunt, vt rerum adminiſtratores, abſentium tutelæ, & curæ, & reipublicæ: vel ob communionem rerum, per actionem communi diuidundo, vel familiæ erciſcundæ, vel finium regundorum, vel ob ſolutionem indebiti: aut ad exhibendum. Aliquando gerentes negotia cum perſonis, quæ in poteſtate alterius ſunt, vel quibus res quædam commiſſæ ſunt, habent dominos obligatos, non in ſolidum, ſed aliquatenus, pro varietate cauſſarum titulorum. Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicatur: Quod iuſſu, De exercitoria, De inſtitoria, Tributoria cauſſa, De peculio, De in rem verſo. 4

¶ † Morientium, vel mortuorum negotia, procuratores interdum gerunt, & alii, & qui adeunt hereditatem eorum, qui funeraria vti poſſunt. 5



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN